INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITAE

VOLVMEN I

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXIII

INSCRIPTIONES ATTICAE
ANNO EVCLIDIS VETVSTIORES

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

ADOLPHVS KIRCHHOFF

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXIII

PRAEFATIO.

Augustus Boeckhius quum opus conderet corporis inscriptionum Graecarum praevidens fore ut haud exigua paullatim novorum inventorum copia succresceret, quae non sine magno litterarum incommodo aut abdita latitaret aut dispersa cum magno et temporis et laboris dispendio denuo viris doctis esset conquirenda, in praefatione tomi primi promisit se absoluto operi supplementorum volumen additurum esse, quo quae postmodum accessissent collecta omnia continerentur. Itaque statim ab initio novam huic auctario materiam et ipse studiose colligebat et per alios postea colligendam curabat. Sed dum ipsum opus per longam annorum seriem protrahitur, exuberante interim indies et quasi superfluente novarum rerum mole spe atque exspectatione omni, quam olim conceperat, maiore et ingravescente paullatim aetate senili non solum operam in colligenda materia positam paullatim remisit, sed etiam digerendis copiis collectis manum ipse unnquam admovit. Mortuo igitur Boeckhio quum et standum sibi eius promisso Academia Regia existimaret neque iam carere diutius posse studia Graecae antiquitatis hac opera intellegeret, deliberavit, qua via et ratione res tractanda esse videretur. Quumque haud ignoraret Atticarum maxime inscriptionum iustum ac plenum desiderari a viris doctis supplementum, quippe quae et omnium laetissimum uberrimumque adhuc cepissent incrementum et sua dignitate et gravitate ceteras longe praecellerent, non dubitavit, quin his prae ceteris cura ac studium essent impendenda. Adparebat autem tantam esse titulorum Atticorum recens repertorum copiam adeoque superare eos praestantia sua ea quae Boeckhius olim congesserat, ut iam illis magis antiquioribus quam novis his carere posse studia nostra viderentur rectiusque illa quam haec supplementorum loco haberi. Placuit igitur non supplementorum condi volumen vel voluminis partem, sed plenum et integrum corpus inscriptionum Atticarum, quo et Boeckhianae collectionis tituli denuo recensiti omnes et recens quotcunque accesserunt in unum coniuncti continerentur. Quo comprobato consilio operis faciendi curam ego ut gererem Academia Regia imperavit.

Atque haec quidem de operis consilio, quod tantum non omnibus et probatum et acceptum fore persuasum habemus, dicta sufficiant. Iam vero primum novae collectionis volumen foras daturo video mihi paucis de ratione exponendum esse, qua ego in opere adornando utendum esse existimaverim.

Ambitum igitur collectionis non ultra certos fines patere volui; quos fines ita descripsi, ut primum non reciperem nisi eas inscriptiones, quae sui iuris essent et monumentorum loco et habitae et habendae, omitterem, quae et alienis usibus essent destinatae et partim nulla cogente necessitate ex arbitrio pleraeque superadditae. Exulare igitur iussi inscriptiones sive scalpello incisas sive penicillo pictas in vasis fictilibus, qualia in Attica regione fabricata ab Atticis hominibus sive in ipsa Graecia sive in exteris regionibus, Italiae maxime, in sepulcris condita reperta sunt plurima, omisi item inscriptiones glandibus missilibus sive impressas sive incisas, defixionum laminis plumbeis fere inscriptarum superstitiosam supellectilem, similia. Deinde in delectu monumentorum quae significavi epigraphicorum instituendo geographicam rationem unam secutus sum ita, ut non omnes omnino reciperem titulos, qui ab Atticis hominibus et litteris et sermone Atticis essent scripti, sed eos solos, qui Attica in regione et Salamine insula et positi olim essent et inventi nostra memoria. Omisimus igitur et Sigeensis monumenti partem Atticam et colonorum Atticorum inscriptiones Oropicas, Aegineticas, Euboicas, Lemnias, Imbrias, Delias, Samias, recepimus titulos aliquot haud ita multos sermone et partim etiam litteris scriptos non Atticis, sed Graecis tamen et positos Athenis. Poteram recipere eiusdem generis etiam Latinos et barbaros, sed acta nolui agere: admisi igitur non nisi bilingues. Quae omnia omnino num et recte et utiliter essent instituta etsi videbam dubitari posse, tamen, quum in rebus dubiis ex arbitrio agendum esset necessario, meum esse putavi eam maxime sequi rationem, quam si non unice veram attamen omnium maxime probabilem et utilem ipse indicassem.

Iam vero hunc universum monumentorum delectum, quo facilior eius usus esset, in tres partes divisi, quarum prima inscriptiones bello Peloponnesiaco extremo vetustiores complecteretur, secunda insequentium seculorum monumenta ad Augusti usque tempora, tertia Romanae aetatis titulos. Ea enim facta est per has aetates Athenis rerum publicarum et privatarum conversio eaque seculorum ingenii mutatio, ut etiam monumentorum indoles atque natura expressa earum referat vestigia; quae ut indagentur et inlustrentur quum inprimis agendum sit eis, qui rerum gestarum memoriam recolunt, videbar mihi haec studia, in quorum usum monumenta epigraphica colliguntur, non adiuturus magis quam impediturus, si diversis diversarum aetatum monumentis componendo confusis seculorum discrimina obscurassem cognituque difficiliora reddidissem. Tres autem has partes tribus voluminibus complecti placuit, quae per se constarent suisque indicibus instructa essent; singulorum voluminum monumenta secundum rerum argumenta in classes curavi distribuenda, qui eiusdem classis essent titulos e temporum ordine, quantum fieri posset, disponendos. Quo vero celerius voluminum edendorum opera posset absolvi, in operis consortium adsumpsi adnuente Academia Regia viros harum rerum quam maxime peritos, Ulricum Koehlerum, professorem nunc Argentoratensem, et Guilelmum Dittenbergerum, professorem Rudolstadiensem, quorum ille secundi, hic tertii voluminis adornandi curam in se recepit; primi, quod iam editur, opus mihi ipsi reservavi.

Commentarios, qui subiciendi erant titulis et quorum inlustratione plane carere haec monumenta non potuerunt, brevissimos esse volui nec ultra necessitatis fines evagari; contra ea summa cura et fere unice id agendum duximus, ut verae repraesentarentur lapidum imagines e certa aut ectyporum aut exemplorum a viris harum rerum peritis cum cura ac diligentia exceptorum fide. Cui rei efficiendae multum et temporis et laboris insumptum est. Quamquam enim monumentorum, quae sylloge nostra continentur, pleraque edita exstabant per Pittakin in opere utilissimo Ephemeridis archaeologicae veteris Atheniensis et in Rangabei tomis duobus Antiquitatum Hellenicarum, tamen non eam curam et diligentiam in titulis exscribendis adhibitam esse adparebat a viris illis ceteroquin meritissimis, quam nos in hoc genere merito necessariam esse indicamus. Itaque meliorum plerumque et novorum apographorum auxilia circumspicienda erant. Et praesto quidem erant quae hac in re usui esse possent iam antea aut consulto adquisita aut forte fortuna oblata haec:

1) *Schedae Boeckhianae.* Boeckhius quo tempore colligendae supplementorum materiae ipse operam dabat, Atticorum quoque titulorum apographa missa accipiebat ab amicis, Finlayo, Prokeschio, Rossio, Forchhammero, aliis, aut ab ipsis excepta aut ex aliorum schedis, veluti Andreae Mustoxydis, descripta. Pertinebat haec cura ad ea maxime monumenta epigraphica, quae proximis post liberatam Graeciam et Athenarum urbem resuscitatam annis eruebantur; nam postea, ut supra significatum est, haec studia paullatim Boeckhius remisit. Hae igitur schedae post eius obitum ab heredibus traditae Academiae Regiae in operae nostrae usum cesserunt.

2) *Schedae Rossii.* Ludovicus Rossius, vir de rebus epigraphicis ceterisque antiquitatis Graecae studiis praeclare meritus et pia memoria colendus, dum Athenis per multos annos moratur indeque profectus saepius alias Graeciae regiones, insulas maris Aegaei, Asiae oram peragrat, quaecunque in quovis genere notatu digna reperiebat, maxime autem inscriptionum apographa ex ipsis lapidibus adcurate et diligenter excepta in diariis condere solebat, e quibus denuo descripta aut ipse edebat aut aliis, Boeckhio maxime, utenda transmittebat. Quos diariorum fasciculos varios variis temporibus confectos, postquam vita functus est, quum vidua eius Academiae Regiae dono dedisset, haud exigua inde ad Atticas inscriptiones permultas emendate edendas potuit redundare utilitas.

3) *Schedae Velseni.* Arthurus de Velsen, ab epistolis interpres datus oratoribus Borussicis qui agebant Athenis, dum in hac urbe per sat multorum annorum spatium versatur, consilium cepit psephismatum Atticorum colligendorum et edendorum. Itaque huius maxime generis monumenta quotquot in ipsa Athenarum urbe et Attica regione vel exstabant vel eruebantur perite et diligenter exscribebat, nec tamen reliqua prorsus neglegebat, verum quaecunque fors obtulerat etsi nullo certo instituto delectu item descripta in schedas referebat. Is igitur quum praematura morte prohibitus esset quominus opus incohatum absolveret, schedas ab eo relictas cum apographorum numero haud exiguo sua sibi inpensa Academia comparavit, ut Atticorum titulorum supplementis aliquando condendis usui essent.

Erant quidem haec bona et quibus confideres pleraque subsidia, sed quum ad partem tantum monumentorum quae edenda erant pertinerent minime sufficientia, adparebatque ampliora et solidiora operi superstruendo iacienda esse fundamenta. Quae ut brevi tempore compararentur effectum est praeclara Ulrici Koehleri, post aliquot annorum intervallum Velseni Athenis successoris, opera. Huic enim viro quum Academia Regia mandavisset, ut monumenta epigraphica et edita et inedita omnia omnino quotquot Athenis exstarent eruta aut postmodum eruerentur suum secutus iudicium aut cum editis exemplis conferret aut denuo exscriberet aut charta madida exprimenda curaret, ea is industria eaque diligentia munere laboris et taedii pleno perfunctus est, ut paucorum annorum spatio materiam quae primo et altero volumine continetur paucis exceptis lapidibus interim deperditis aut latitantibus absolveret, tertii haud ita multa reliqua faceret. Omnia quominus exhauriret fata prohibuerunt; anno enim qui proxime praeterlapsus est ineunte Argentoratum evocatus ut Graecas litteras doceret operam quam paene ad finem perduxerat derelinquere coactus est. Curam ab eo omissam lubenti animo in se recepit Luedersius, Koehleri in munere successor, cuius viri freti industria ac voluntate speramus fore ut non solum ea quae reliqua fecerat Koehlerus brevi diligenter examinata exhauriantur, sed etiam eorum plenam et adcuratam notitiam habeamus, quae nova abhinc invente accessura esse probabile est, donec secundi et tertii voluminis editio absolvatur.

His igitur ut narratum est provisis unum restabat, ut etiam eorum lapidum nova et adcuratiora nancisceremur apographa, qui ablati aliquando Athenis in exterarum civitatum museis conditi sunt, Parisiis maxime et Londini. Et Parisinorum quidem lapidum plerosque ubi opus erat ut aut adcurate exscriptos haberemus aut ectyporum formis expressos facile impetravimus singulari plane adiuti liberalitate viri egregii et de his studiis in paucis praeclare meriti, Waddingtoni. Minus prospere res cessit in Londinensibus. Etenim quum viri illi, qui rebus musei Britannici praefecti sunt, hoc ipso tempore consilium cepissent inscriptionum omnium quotquot in thesauro illo nobilissimo antiquitatum conditae sunt per ipsos edendarum, non potuimus impetrare ut potestas nobis fieret lapides eius musei Atticos, editos illos omnes et in vulgus notos, in nostri operis usum nostris sumptibus vel denuo exscribendi vel chartis exprimendi. Qua re factum est, ut titulos quos diximus ex editionum et apographorum priorum fide minus integros et emendatos repetere cogeremur inviti; neque enim eorum caussa, quod unum supererat, editionis diem diutius differre e re esse duximus. Speramus autem fore ut in nostri operis tertii voluminis addendis recensere possimus emendatiores horum lapidum scripturas ex Anglorum editione repetitas; quae ut cito prodeat non illorum vel nostra caussa magis quam omnium antiquitatis Graecae studiosorum optamus.

Diximus de universi operis consilio ratione subsidiis denique quibus uti nobis licuit; restat ut addamus, quae de voluminis huius principis, quod iam lectoribus traditurus sum a me ipso adornatum, rationibus praemonenda esse videntur. Quo negotio ut paucis liceat perfungi, facit eius aetatis, qua monumenta hoc volumine comprehensa exarata sunt, morum consuetudinisque privatae et publicae nativa quaedam et incorrupta simplicitas, quae quum etiam ad monumentorum naturam atque indolem redundaverit, generum singulorum fines et discrimina tam reddidit certa et manifesta, ut de dispositionis ordine recte instituendo dubitationi locus vix usquam sit relictus. Missa igitur hac disceptatione quae restant adnotanda, pauca ea sunt et quae paucis absolvi possint.

Primum igitur titulos vetustiores, votivos plerosque vel sepulcrales, quum imagines eorum satis idoneas typorum ope repraesentari commode non posse adpareret, ex ectyporum aut apographorum proborum atque adcuratorum fide delineatos ligno incidendos incisosque textui inserendos curavi. Qua in re quum minoribus vero modulis utendum fuerit necessario, ne quis in errorem induci se externa specie patiatur, disertis verbis moneo,

me in hisce imaginibus repraesentandis non mathematicam quam dicimus veritatem secutum esse, sed id solum egisse, ut externa monumentorum species scripturaeque ratio et natura in universum adumbrarentur ita, ut manuum et temporum discrimina varia haud difficulter inde aut disci possent aut adgnosci, verae autem lectionis ratio utique pateret.

Deinde quum enorum indicum adparatu instructum volumen edere e re esset visum, indices confeci tales, quales lectorum commodis sufficere posse existimabam, non omnia omnino cum pulvisculo exhaurienda, sed delectum idoneum rerum aut necessariarum aut notabiliorum instituendum esse ratus. Qua in re etsi verendum erat, ne mihi accideret quod solet fere mediam quandam viam tenentibus, ut non omnium desideriis satisfieret, quum varia soleant esse in talibus hominum iudicia et voluntates, spero tamen fore ut ab aequis harum rerum existimatoribus non nimis multa in re tam dubitabili peccavisse iudicer. Nam quod rerum palaeographicarum et grammaticarum indices nullos addendos esse censui, in eo si est peccatum, a sciente et volente peccatum est. Sic enim sentio experientia edoctus harum rerum iustam cognitionem ex ipsorum monumentorum adcurata pervestigatione repetendam esse neque indicum ope a quoquam comparari posse, quos nocere fere magis quam prodesse in hoc studiorum genere persuasum est.

Ceterum indicis instar habenda etiam tabula quam indicibus subiciendam curavi geographica, ab Henrico Kieperto scite delineata, quae conspectum exhibet civitatum societatis Deliae stipendiariarum et non stipendiariarum, addita coloniarum Atticarum in has regiones deductarum succincta notatione. Qua tabula qui usuri sunt teneant velim primum exhiberi ea eum fere rerum statum, qualis fuit circa initia belli Peloponnesiaci, mutationes vero, quae factae sunt plurimae inde a condita societate Delia ad belli illius usque initia et ipsum bellum dum geritur, significatas magis esse quam distincte notatas; earum enim quanta et qualis fuerit varietas ut oculis quasi posset cerni non una tabula opus erat sed pluribus fusiusque disputandum de rebus haud paucis, quae minus recte adhuc intellectae sunt; quarum de nonnullis, quae etiam ad nostram tabulam adornandam aliquatenus pertinuerunt, expositum est in commentatione de tributis a cleruchis Atheniensium persolvi adhuc falso creditis, quae in commentariorum academicorum huius anni volumine edetur propediem. Deinde vero notandum, in tabula earum tantum civitatum perscripta esse nomina, quarum situs aut certa ratione aut aliqua cum verisimilitudinis specie definiri potuerit, reliquarum autem notitiam ex indice geographico petendam esse. Neglegimus praeterea civitates Ponticas, quarum memoria nimis incerta est.

Unum denique superest, ut palam profitear, si monumenta hoc volumine comprehensa cum commentariis satis emendate typis expressa esse videantur, factum id esse singulari industria viri optimi Rudolphi Schoell, professoris Gryphiswaldensis, qui me, hominem scilicet pessime oculatum ideoque in talibus iusto fere neglegentiorem, ultro oblata opera in plagulis typothetarum corrigendis adsidua et curiosa diligentia adiuvit; idem titulorum aliquot ectypa et apographa, quae ipse olim Athenis confecerat, liberaliter mecum communicavit. Huic igitur viro quid deberetur monere lectores nostrum duximus.

Scribebam Berolini m. Aprili a. MDCCCLXXIII.

A. Kirchhoff.

CONSPECTVS EORVM QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

INSCRIPTIONES ATTICAE

EVCLIDIS ANNO VETVSTIORES.

PARS PRIMA.

DECRETA SENATVS POPVLI PAGORVM.

1 Lapis, quem olim in atrio domus Graeci cuiusdam Athenis versus templum Thesei vidit Chandlerus, nunc musei Brit. n. 309, in tribus lateribus scriptus, amplioribus *A* et *C*, angustiori medio *B*. In medio quae leguntur ed. Chandlerus Inscr. II. p. 54. xxvi, trium laterum titulos primus e schedis Rosii Boeckhius C. I. G. 71, post ipse Rosius Inscr. vet. tab. XXX. p. 249 (Lebas Att. 391). Medium retractavit Buehleri usus apographo et ectypo chartaceo Sauppius in progr. Gotting. a. 1861.

A	*B*	*C*
N . I E	. Δ E N H A K O S I .	
A M . . . N M	. A Γ Ь E I T A Δ E .	
I N Γ A Ρ	. K O S I A Δ I Γ Ь .	
O B . Ь O N K A I	. S Γ O N Δ A S E I N	
Y S T E Ρ I O I S	. . T O I S I M Y S T	
E K A S T	. . I N K A I T O I .	
Γ O	. . . Γ T E I S I N .	
I O N	. . T O I S A K O Ь .	Superior pars huius
E T O N H	. . O I S I N K A I .	
O N A I A X	. . O I S I N T O . .	lateris
Ь O M A T	. . . T O N K A I . .	
N E . O T O	. . A I O I S I N . .	
S Ь A M . A N . .	. A S I N A Ρ X E . .	oblitterata.
A S	. T O N X Ρ O N O . .	
N O N . . Ь E Ρ . .	O N S Γ O N Δ O N . .	
T E . M E E . .	M E T A Λ E I T N I .	
Ь E N T O A . .	N O S M E N O S A Γ .	
O K E Ρ Y K A S Δ E M .	. I X O M E N I A S .	
S T A S . . . . S T O N	A I T O N B O E Δ Ρ O	
A S . A . . . . . . A E	M I O N A K A I T O .	
O S E Y . . . E S O A	. A N O Φ S I O N O .	
M E S I . . E N Δ E .	M E X Ρ I Δ E K A T .	
S I K E Ρ Y K O N . . . E Y .	S H I S T A M E N O .	
O Δ E . . . Ρ O A Ρ A Y Ρ I .	A S Δ E S Γ O N Δ A S	. . . . . A . . . .
E S K . . . . N . . A Θ E N	E I N A I E N T E I S	. . . E K . . . .
S Θ A I . . . . Ь O	. Γ O Ь E S I N H O .	. O Ь . . . . N Δ E .
E S T O T E S A Θ E N A I A	A N X Ρ O N T A I T .	. E M E . . . . . . E A N Δ E . .
T O E M Γ O Ь E I T O Δ E A	. H I E Ρ O I K A I A	A . A . . . . A . T A E A N .
H I E Ρ O Γ O I O . . . . T O	Θ E N A I O I S I N E	. K T O N . . . . T E N Δ Y N A .
Γ O . . I T A M I . . E S .	K E I E N T E I S I N	Γ Ρ A X S A . . E K Γ Ρ A X S . .
X E N E N T O I .	A Y T E S I Γ O Ь E S	. A Δ O I T O N O Φ Ь O N T A M .
E N T O . . . Ρ O	I N T O I S I Δ I O .	. O I H I E Ρ O I E A N Δ E . . .
. O S O . Ρ A N O S . . . K	E I Χ O S I M . S T E	. E . Ь E Θ E M A I . . . .
S T A S H E K A S T O M . .	Ρ I O I S I N T A S .	. E N E Ь Θ O . . N . . . .
S M Y S T A S T O S E Ь E .	Γ O N Δ A S E I N A .	. H Y S T E Ρ O N H . . . .
N O S E N T E I A Y Ь E I .	T O Λ A M E Ь I O N O	. . Y T O N A Θ E N A I O N M E .
Ρ O T O S Δ E E N A S T E .	S M E N O S A Γ O Δ .	. . Y T O N T O N Γ O Ь E O N M .
E N T O I E Ь E Y S I N I O I	. O M E N I A S K A .	. . . A . Θ A I E A N M E . . . .
	T O N A N Θ E S T E .	. . . Γ I X O Ρ I . . . .
ONEΓITOIBOMOIIEΡEAKAI . .	I O N A K A I T O E Ь	. . . . N T A H E . . . .
ONΘEOINKAITONIEΡEATO . . .	A Φ E B O Ь I O N O .	. . E E . . . . I A . . . .
ANBANENEKASTONTOTO	M E X Ρ I Δ E K A T .	. . E X E S Θ . . . .
. . . . ASTON	S H I S T A M E N O .	. . Y . . Ь . . . .

Var. lect. *A* vs. 1. EN . ME schedae Rosii ad Boeckhium missae ‖ v. 2. . . . YNME ‖ v. 4 init. Θ addunt eaedem ‖ v. 5. TEKNOIS ‖ v. 7. NΘE ‖ v. 8. OKION ‖ v. 10. ONAΡAX ‖ v. 12. NEHOTO ‖ v. 16. TEMMEE ‖ v. 18 extr. ΔEMY ‖ v. 20. AS. AM . . etc. ‖ v. 22. MESIM cet. ‖ v. 29 extr. TO om. eaedem ‖ v. 30. ΓOIOITAMIEYES ‖ v. 32. ENTO . . ΡO ‖ v. 33. S . . ΦANOS . . K ‖ *B* Litteras non paucas in lapide nunc quidem evanidas, sed quas recte adgnovit Chandlerus, quum lapis minus esset quam nunc detritus, tacite in ordinem recepimus. — Vs. 11. TONKAI Chandler, AIONKAI Rose. *'Neque in ectypo quidquam expressum est, neque Buehlerus lapide iterum meo rogatu accuratissime inspecto litterarum vestigia dignoscere potuit'* Sauppius ‖ v. 18. AΡXOMENIAS Chandler, . ΡXOMENIAS Rose; in ectypo . IXOMENIAS legit Sauppe ‖ v. 32. INTOISIΔIOIS Chandler, INTOISIΔIO . Rose, . NTOI . SΔ . O . Buehler; in ectypo nihil nisi . NTO . . adparuit ‖ v. 33. ΡIΧOSI Chandler, EIΧOSI Rose; Χ etiam in ectypo videbatur Sauppio expressum esse ‖ v. 37. 38. A . | . XOMENIAS Chandler et Rose, Δ . | . XOMENIAS in ectypo legit Sauppe ‖ *C* v. 28 init. ATA sch. Ros. ‖ v. 31 init. E addunt eaedem ‖ v. 33. . E . YEΘ cet. ‖ v. 41. . . EE . . . EIA eaedem.

Decreto hoc vetustissimo, quod et scripturae ratione et sermonis indole atque natura antiquitate longe superare Ol. 81. manifesto proditur, constitutiones continentur populiscito sancitas de templi Eleusinii sacris

ceterisque rebus omnibus, quae ad cultum eius pertinent, administrandis atque ordinandis; quas constitutiones cur non nisi post indutias triginta annorum cum Lacedaemoniis pactas Ol. 83, 4 sanciri potuisse existimemus, quae Sauppii est opinio, caussa idonea videtur esse nulla. — Lat. *A* vv. 1—23. continuum verborum ordinem restituere defectu lapidis interruptum incassum temptaveris, quamvis versus singulos fuisse non plus litterarum vicenarum binarum satis certum videatur; singula tantum dispiciuntur haec: v. 4. - *δ[ὲ]ολὸν καὶ* - - 5. - - *μ]υστηρίοισ[ι* - - 6. - - *ἑκαστ* - - 10. - - *ευ δραχ[μ* - - 11. - *ἀνα]λωματ* - - 13. - - *λαμ[β]αν* - - 18. - - *Κήρυκας* (intellege Cerycum gentem, quorum fuisse partes in sacris Eleusiniis celebrandis satis constat, ut v. 23) *δὲ μυ* - - 23. - *σι Κηρύκων [καὶ] Εὐ[μολπιδῶν*? - - Sequitur praeceptum de sacris administrandis his fere conceptum verbis, v. 24—32:

> [*τ*]*οῦ δὲ [ἱε*]*ροῦ ἀργυρί[ου τὸ μὲν .*
> . *εσπ . . . . ν . . σ∂ην . . . .*
> [*ε*]*ν∂αι . . . . λο . . . .*
> . *ἐς τὸ τῆς Ἀ∂ηναία[ς ἱερὸν*]
> *τὸ ἐμπόλει· τὸ δὲ ἄ[λλο τοῖσι*]-
> [*ν*] *ἱεροποιο[ῖσιν*]. *δ[ε δὲ ἱερ*]-
> [*ο*]*ποιὼ ταμιευέσ[∂ων ὥσπε*]-
> [*ρ κατ' ἀρ*]*χὴν ἐν τῷ [Ἐλευσῖνι*]
> [*ἱερῷ*] *ἐν τῶ[ι κ*]*ρο[νηίῳ*? - -

Excipit aliud praeceptum ad mystas pertinens, v. 32—38, cuius tamen quae sententia fuerit non adsequor, nisi quod haec fere scripta fuisse videntur, v. 34 seqq.:

> - - - *στας ἑκαστο* - - - -
> [*τού*]*ς μύστας τοὺς Ἐλε[υσῖνι . .*]
> [*. .*]*νους ἐν τῇ αὐλῇ [τοῦ ἐκεῖ* ']
> [*ἱε*]*ροῦ, τοὺς δὲ ἐν ἄστε[ι . . . . . .*]
> . *ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ* - -


Vss. 40—43, qui versus minus diductis quam ceteri litteris exarati sunt, agitur de sacerdotum sportulis: [*τ*]*ὸν ἐπὶ τῷ βωμοῦ ἱερέα καὶ [τὸν ἱερέα* | *τ*]*ο[ῖ*]*ν ∂εοῖν καὶ τὸν ἱερέα τε* - - | *λ*]*αμβάνειν ἑκαστον τοῦ* - - | - - [*ἑκ*]*αστον* (vel potius - - *ας τῶν* - -) - -.

Lat. *B* v. 1—4. e poenarum sanctionibus extrema supersunt haec: [*τ*|*ὰ μ*]*ὲν ἀκούσι[α* | ']*απλῆ, τὰ δὲ [*'|*ε*]*κούσια* (sc. *βλάβη*) *διπλ[ῆ*|*ι*]. Sequitur de induciis sacris feriarum Eleusiniarum (*μυστηριώτιδες σπονδαί*) praeceptum, v. 4—43: *σπονδὰς εἶν*|[*αι*] *τοῖσι μύστ*|[*ησ*]*ιν καὶ τοῖ[ς* | *ἐπό*]*πτησιν* [*κ*[*αὶ*] *τοῖς ἀκολ[ο*|*ύ∂*]*οισιν καὶ* [*ἀ*[*λλ*.]*οισιν το[ῖς* | *του*]*των καὶ* [*Ἀ∂*|*η*-*ν*]*αίοισιν* [*ἅ*|*π*]*ασιν. ἄρχει[ν δ*|*ὲ*] *τὸν χρόνο[ν τ*]|*ῶν σπονδῶν* [*τοῦ*] | *Μεταγειτνι[ῶ*]|*νος μηνὸς ἀπ[ὸ* | *δ*]*ιχομηνίας* [*κ*]|*αὶ τὸν Βοηδρο*|*μιῶνα καὶ τοῦ* [*Π*]|*υ*]*ανοψιῶνο[ς*] | *μέχρι δεκάτ[η*]|*ς ἱσταμένου*. [*τ*]|*ὰς δὲ σπονδὰς* | *εἶναι ἐν τῆσ*|[*ι*] *πόλεσιν, ὅ[τ*]|*αν χρῶνται τ[ῶ*|*ι*] *ἱερῷ, καὶ Ἀ*|*∂ηναίοισιν ἐ*|*κεῖ ἐν τῆσιν* | *αὐτῆσι πόλεσ*|*ιν. τοῖσι δ[ὲ*] *ὀ[λ*]|*ιγόσι μ[υ*]*στη*|*ρίοισιν τὰς [σ*]|*πονδὰς εἶνα[ι*] | *τοῦ Γαμηλιῶνο*|*ς μηνὸς ἀπὸ δ[ι*|*χ*]*ομηνίας κα[ὶ*] | *τὸν Ἀν∂εστη[ρ*]|*ιῶνα καὶ τοῦ Ἐλ*|*αφηβολιῶνο[ς*] | *μέχρι δεκάτ[η*]|*ς ἱσταμένου* - -

Continuata haec esse videntur in lat. *C*, in quo quae restant versus finem ad iudicia et actiones pertinent contra peregrinarum urbium cives, qui Athenis degentes per feriarum dies ius sacrum violassent. Vs. 27. - *ἐὰν δὲ* - 28. - *κ*]*ατὰ [τὰ δόξ*]*α[ν*]*τα* (?) *ἐὰν* - 29. - *τὴν δύνα[μιν* - - 30. - - *πράξα[σι*]. *ἐκπραξ[ασ∂* - - 31. - - *παρ*]*αδῷ τὸν ὀφλόντα* - - 32. - - *τ*]*ῷ ἱερῷ. ἐὰν δέ* - - 34. - - *τ*]*ὴν ἐ∂Ξου[σα*]*ν* - - 35. - - *ὕστερον* '[*ημέρᾳ*? - - 36. - - *α*]*ὐτῶν Ἀ∂ηναίων* - - 37. - - *α*]*ὐτῶν τῶν πόλεων* - - 38. - - *α[τ*]*∂αι, ἐὰν μ* - - 39. - - *ἐ*]*πιχωρι* - - 42. - - *ἐν*]*εχεσ∂* - -

2 *'Lapis parallelepipedus in pavimento casae prope Thesei templum repertus; a Chandlero missum societas eorum qui Dilettanti dicuntur Museo Britannico a. 1781 donavit, ubi extat Spat. XV. n. 87. Tribus in lateribus inscriptus est:* a *et* c *sunt in latioribus spatiis,* b *in angustiori; sed huius partis litterae paullo maiores sunt. Partes* a *et* b *edidit Chandler Inscr. II. p. 54. XXVII omnes misit Muellerus, item* a *et* c *Rosius, cuius apographum accuratissimum est'* Boeckh C. I. G. 70. Post eum omnes tres partes ipse edidit Rosius Inscr. vet. tab. XXXI. p. 249. Repetiit Lebas Att. 422. Nos imaginem lapidis cum inscriptionibus repraesentamus e delineatione Caroli Curtii, qui Londini lapidem diligenter examinavit.

A *B* *C*



Var. lect. A vs. 4. M initio addunt Chandler, Mueller ‖ vs. 5. Δ ab initio addit Rose ‖ vs. 11. ATA:TAΔE Chandler ‖ v. 19. E ab initio addunt reliqui, M ultimo loco Chandler ‖ vs. 21. HOSA reliqui ‖ v. 23. ꟼEO.O Rose ‖ *B* vs. 1. KENV Rose ‖ vs. 21. VNO..ꟼO Mueller; totum versum om. Rose, postremas duas litteras Chandler ‖ *C* vs. 1. ΓMMIAIK Mueller, ..MIA! Rose ‖ vs. 2. ON:TOMΔI Mueller, ON:TONΔ Rose ‖ vs. 4. TO.IEO Mueller, ΠOꞱEO in schedis, ꞨIΓO.ꞱEO in edit. Rose ‖ vs. 5. ꞱEONꞱET Mueller, Rose ‖ vs. 7. KAMBONI eidem ‖ vs. 13. OP:Ꞩ Mueller, O.Ꞩ Rose ‖ vs. 16. ... TEVNOI Mueller, E..ƎVNOI Rose ‖ vs. 17. E..Θ_EI:TE Mueller, ...O.E:TE in schedis, E..OꞨEI:TE in edit. Rose ‖ vs. 18. A..FKEA Mueller, A....EA in schedis, A...BEA in edit. Rose.

Scambonidarum decretum de sacris pagi administrandis, praecedenti subpar aetate vel etiam paullo vetustius. Paucissima in tot litterarum iactura licet adgnoscere, quamvis partis *B* latitudinem septem litterarum spatio definitam fuisse adpareat, partis *A* quindecim e vs. 20. 21, partis *C* quattuordecim e v. 9 indicio certissimo intellegatur. Ne illud quidem satis liquet, quo ordine has tres partes sese excipere existimandae sint.

Pars *B*, quae ceteris faciliorem habet intellectum, incipit a iurisiurandi formula, quod iurare debeant sacrorum curatores (*ἱεροποιοί*) a paganis publice constituti, vs. 1—12: - - - *ἐπαγγ|ελϑῇ. κα[ὶ τὰ κοιν|[ὰ] τὰ Σκαμ|βωνιδῶν | σωῶ καὶ ἀ]ποδώσω π[αρὰ τὸν ε[ὔϑυνον τὸ καϑῆκο[ν.* Sequuntur haec, vs. 12—21: *ταῦτα ὀ[μνυμένα|[ι] τοὺς τρεῖ|[ς] ϑεούς. ὁ|[τ]ι ἂν τοῦ[ν] | κοινῶν μ[ὴ ἀποδιδ|ῶσιν παρ[ὰ τὸν εὔϑ|[υ]νο[ν - - -*

Partis *C* vs. 1—6 sententiarum tenor restitui vix potest; ne singula quidem tam certo dispiciuntur, ut dubitationi locus non relinquatur. Sequitur praeceptum de inquilinis ad sacra paganorum in comitio admittendis vel potius non admittendis, vs. 6—10: *μὴ εἶναι ἐν Σ]|καμβω-νι[δῶν τοῦτ|ον] μετοι[κοῦντι ϑύ|ει]ν ἐν ἀγορ[ᾷ τῇ Σκ]|αμβωνιδῶν* - - Mox de sacrificiis publicis pagi actum videtur rite instituendis: vs. 16. *σὺν ϑή[λειαν]*, v. 16 seqq. *[τ]|ὰ [δὲ] κρέα ἀπο[λοῦσ|ϑ]α[ι] ὠμά. Ἐπίζε[...|ο]ντ ἐκ Πυϑίου [...]| .ον. τὰ δὲ κρέ[α ἀπο|λ]οῦσϑαι ὠμά.* Boeckhius *ἀποδόσϑαι* legit utrobique; at infinitivum aoristi in talibus praeceptis locum habere non posse vix est quod pluribus exponatur.

Pars *A* item in sacrorum ritibus ordinandis versari videtur. Vs. 3. - - *νόμων δ|[ὲ - - μέχρι ἡλ|[ίου δύνοντος* vel *δυομένου*. Vs. 11 seqq. de hostiarum partibus praecipitur certis quibusdam hominibus distribuendis; vs. 13. - - *τοῦ δημά|[ρχου* - - 14. *τὸ δέρμα* - 15. - *ὅσοι ἂν δ* | - - *τνσϑαι.* Mox - - *ίων διδόνα|[ι* - -] *κάνος καὶ* | *[Παναϑ]ηναίοις νόμ|[ον ἐν ἀ]γορᾷ τῇ Σκ|[αμβω]νιδῶν.* Vs. 22. - - *ημ* - -

Subiunximus similium decretorum fragmenta, et rerum et vetustatis communione cum illis coniuncta, sed item mutila et quorum vix unius sententiae tenorem continuum liceat restituere.

3 *'Lapis in tres partes fractus, detritis litteris, Mus. Brit. n. 288. Ex schedis Rosianis'* Boeckh C. I. G. 72 (Lebas Att. 397).

```
              K
     I E M I K O T Y Ʇ . . . . Φ P Y
      I H I E P E I . . . . . Δ Δ
      N Δ I Δ O N . . . . . . . .
          ⊤ Λ E Ʇ I         O Ꞩ H
  I Ꞩ T A M . N O .  B              ᐊ E Ꞩ E
  E Ꞩ I T . . E
  M I . Y E T O N            I K A I
  Λ A N A Γ Ʇ Y M . . . I O I Ꞩ I A Θ E
      I A P O I N . K I P
```

Vs. 2. - - *ἡμικοτυλ* .... *φρυγ[αν* - -, vs. 3. - - *τῷ] ἱερεῖ* - -, vs. 4. - - *ν δεδόν* - -, vs. 6. *ἱσταμ[έ]νου* - -, vs. 6. - - *ἱστα]μ[έ]νι τῶν* vel *τα]μ[ι]ύετον* - - *καί* - -, vs. 9. - - *φρύ]γανα. Πλυν[τηρ]ίοισι Ἀϑη-[ναία* - -, vs. 10. *Ἀν]α[κ]ειν [Σ]κιρ[οφοριῶνος?* - -

4 Fragmentum opisthographum marmoris Pentelici, erutum in arce, a. 0,35. l. 0,29. cr. 0,14. Margines superior et sinister secti, fracti reliqui; quae in latere averso scripta erant, consulto videntur erasa esse. Edidit Pittakis Eph. 1112 (Rangabé 2252), cuius exemplum ad lapidem exegit Koehler. Cf. Lebas Att. 396.

```
            A                          B

         . Ʇ .                       . . Λ Ŀ
        Ŀ I Ꞩ: . . .                   N:Δ
      L O N:Θ A P . . .                N O I
      Ʇ I X I O I:E                    N:Δ
      ⸝ ' A:M E T P I ı              ı A:A
      Ꞩ Γ Y P I X E I A              E O N:I
      T O I E T E I:Δ I              N:Δ I O
        O N:H O T A N H              Ꞁ A:O
      I Ꞩ:A A Ʇ A Θ E N             O I N:O
      O T P O Φ O I:E M I           A I:E ı
      P O Ꞩ:H E P O I:Γ A            E O ᐅ
    Ꞁ E P O I N E I:E M Γ
      P Θ I A:X O I P O Ꞩ
      I Ꞩ I N:A A Ʇ A Θ E
    I:A P T E M I Δ I:Δ E ᐱ
    ⸜ A M E Ʇ I O N O Ꞩ:M F
    N O N T O Ꞩ:Δ I O N Y .
    E P I Θ O Ꞩ:K P I T O Ꞩ:
    E I:T P A Γ E Ξ A:H E P
    H E P O I:Γ A P A ᐱ N E
    Ꞁ I:H E P A I O I:X O
    E I:A P E N:K P I T O
      A Γ E Ξ A:H E
```

Var. lect. A vs. 3. ΘARᐱ ‖ vs. 17. ΔIONYꞨ Pittakis.

Partis *A* versus singulos litterarum fuisse 24—26 versuum 16—17 indicio prodi videtur. Vs. 3. - *σιν ϑαργ[ηλ* - - Vs. 4. 5. *[Διὶ Μει]λιχίῳ κ[- - - τριφ|ά]λια.* Sequitur *Μητρί* - -, sed obscura versus proxime insequentis vestigia, nec vss. 7 et 8 intelleguntur nisi lacera haec et certa ratione vix sanabilia - *ἐν ἑκά[σ]τῳ ἔτει δι* - - et - - *ον ὅταν* - Vss. 9—11. *[ο]ἶς γαλαϑην[ός* .... *Γῇ Κου[ρ]οτρόφῳ ἡμι* - - - *χοῖ]ρος.* Vs. 11. *Ἥρῳ Πα[ραγυη* - - -; cf. vs. 20. Vs. 12. *Ἡρωίνη ἑκα* - - Vs. 12—14. - - - *ὄ]ρϑια, χοῖρος [γαλαϑηνὸς ξὺν | ο]ἰνὶν γαλαϑη[ναῖον τέτταρα]ι?* Vs. 15. *Ἀρτέμιδι ἡμι* - - - Vs. 16—17. novae diei notam exhibet: *Γαμηλιῶνος μη[νὸς* .... *η φϑί]νοντος.* Sequuntur huius diei officia: Vs. 17—18. *Διονύσ[ῳ Μελπομένῳ?] ἔρ[ιφ]ος κριτός* - - Vs. 18—19. - - *αι τράπεζα, Ἡρ[ακλεῖ τράπεζα].* Vs. 20. *Ἥρῳ Παραγυη* - - - Ambigua quae restant vs. 21. - -, *Ἡραίῳ χο[ῖρος?* Vs. 21. 22. *[Ἑρμ]ῇ κριὸν κριτό[ς* - - Denique vs. 23. - - *τρ]άπεζα.*

B vs. 7 - - *Διο[νύσῳ?* Vs. 9. *[Θε]οῖν* vel *[Ἀνάκ]οιν?*

5 Lapis Pentelicus, inventus Eleusine, a. 0,23. l. 0,88. cr. 0,49. Fracti margines dexter cum sinistro et, si Velseno fides, etiam superior. *'Sur la partie supérieure on voit trois cavités dont deux sont rondes et entièrement creuses, et dont la troisième, plus petite et placée entre les autres, est de forme carrée avec le centre relevé.'* Edd. Pittakis Eph. 3798. Lenormant Recherches archéol. à Éleusis. 1862. p. 70. n. 25. Exscripsere Velsen et Koehler.

ΚΑ//////ΟΙΔΕΜΟΙΙΗΟ·ΕΓΑΡΑΙ·ΑΤΕ
ΝΙΤΟΣΗΙΕΡΟΓΟΙΟΣΙΕΛΕΥΣΙΝΙΟΝΙΚΑΙ
ΕΙΙΗΕΡΜΕΙΕΝΑΛΟΝΙΟΙΙΧΑΡΙΣΙΝΙΑΙΛΑ
ΝΙΑΡΤΕΜΙΔΙΙΑΙΛΑΙΤΕΛΕΣΙΔΡΟΜΟΙΙΤΡΙ
ΧΟΙΙΘΕΟΙΝΙΤΡΙΤΤΟΑΝΙΒΟΑΡΧΟΝΙΕΝΤΕΙΙΕΟΡ

Vacat.

Var. lect. Vs. 1 extr. ΗΟΙΕΓΑΡΑΙΛΑΤΕ Pittakis, ΗΟΙΕΓΑΡΑΙΒΑΤΕ Lenorm., post Ε extremum litterae Σ vestigia se sibi videri adgnoscere scribit Koehler ‖ vs. 4 extr. ΤΡΙΓ Pittakis, ΤΡΙΓ Lenormant, nimis scilicet oculati.

Vs. 1 initio adparent καὶ [τ]ῷ δήμῳ. Quae sequuntur, ambigua; sed suspicor legendum esse ὅ τε παραιβάτη[ς -, quod sacrorum alicuius ministri videtur nomen fuisse, antiquitus traditum ideoque formae vetustate insigne. Sequuntur vs. 2. - - ν τοὺς ἱεροποιοὺς Ἐλευσινίων καὶ - - 3. - - ῇ, Ἑρμῇ ἐναγωνίῳ, Χάρισιν αἶγα - - 4. - - ν, Ἀρτέμιδι αἶγα, Τελεσιδρόμῳ (qui heros videtur Eleusinius), Τρι[πτολέμῳ? - - 5. - - Ἰάκ]χῳ, Θεοῖν τριττόαν βόαρχον ἐν τῇ ἑορ[τῇ]. — In quibus quae memoratur τριττόα βόαρχος, eam non diversam esse intellexit Lenormant a τριττύᾳ sive τριττύι βουπρῴρῳ, quod erat sacrificium hostiarum trium, quarum agmen bos ducebat.

Ceterum sacrorum hanc legem esse, non titulum honorarium, qualem finxit Lenormant, non videtur opus esse, ut pluribus demonstretur.

6 Frustum marmoris Pentelici ab omnibus partibus mutilum, erutum in arce. Ed. Pittakis Eph. 4095, exscripsit Koehler.

C
ΑΣΙ
ΕΡΕC
ΕΙΙΤC
ΗΙΕ'
ΕΙΤC
ΛΙΙ

Vs. 3. [ἱ]ερὸν[ς], vs. 5. ἱε[ρ - -?

7 *'Athenis apud Fauvelium; ex schedis Guil. Gellii, misit Rossius'* Boeckh C. I. G. 1035.

ΙΔΡΑ
ΘΟΙΙ
ΤΕΣΘ
ΟΣΟΣΑ
ΙΟΤΤΕ
ΑΝΜΕΑ
ΣΘΟΣΘ
ΧΡΙΔΡ
ΕΕΚΤΕ
ΙΜΙΣΘ
ΙΓΡΑΤΤ
ΙΕΕΥΘ
ΣΘ

Vs. 1. δρα[χμ - -, vs. 6. [ἐ]ὰν μὴ ἀ - -, vs. 7. [μι]σθούσθ[ων], vs. 8. [μι]χμ δρ[αχμ - -, vs. 9. - - ς ἐν τῇ[ς], vs. 10. - - ς μισθ - -, vs. 11. πραττ - -, vs. 12. ἢ εὐθ[υνέσθω - cett.

8 Tabula marmoris Pentelici a. 0,37. l. 0,30, mutila a partibus superiore, inferiore, sinistra, in dextra admodum detrita quamvis margine integro. Inventa ea olim fertur in vico urbis *'nommé à présent agia Oeconomou ou agia Agathoclia'*. Edd. Pittakis l'anc. Athènes p. 499. Ephem. 3912. Rangabé 394. Schoell Hermae 6, 31. Descripsere Velsen et Koehler; ectypon misit Koehler, in quo quae videbantur litterarum vestigia adgnosci posse certa, infra exhibuimus addita simul apographorum et Velseniani et Koehleriani varietate.

–ΛΡΑΡ
ΟΙΕΡΕΧΘΕΙΣL
ΘΙΓΡΟΣΕΓΕΣΤΑΤL. . . . .
ΗΓΡΥΤΑΝΕΙΟΙΓΡΟΤΟ. . ΕΝΤΟΙ.
ΑΤΑΤΑΓ.ΤΡΙΑΕΓΕΙΤ.ΤΟΙΣ.ΑΡ.
ΤΟΝΟΣΙ. . ΑΝΕΙΕΛΛ. . ΑΤΟΛΕΝΟ.
.ΑΙΑΥΤΟΙΣΙΤΕΝΣΙ–. . . . .Α.Ε.
.ΝΓΑΡΑΑΘΕΝΑΙΟΝΚ.Τ.Τ. . .ΛΟΑ
ΝΗΟ.ΓΟΛΛΟΝΑΝΗΕΛ. . . . .ΕΛΟ.Ε
.–ΣΙΤΕΣΙΝΚΑΙΤΟ'. . ΤΟΝΗΟ. . .
. .ΥΤΟΙΣΙΚΑΤΑΤΑΥ.–ΚΑ. . . . . .
.ΕΓΥΘΟΙΕΗΙΣΘΜΟΙΕ.ΕΑ. . . . . . .
.ΙΣΙΤΕΝΣΙΤΕΣΙΝΕΝΓΡ.ΤΑ.Ε. .
.ΟΣΤΕΙΣΙΤΕΣΕΙΚΑΤΑΤΑ. . . . . .
.ΟΙΓΡΥΤΑΝΕΙΟΙΗC.ΟΣΟ. . . . . .
.ΕΤΙΝΕΝΙ.ΕΚΑΣΙCΛΥΜΙ. . . . . .
.ΙΚΕΣΟΣΙΤΟΛΟΙΓC. . ΝΑΙ. . . . . .
.ΙΣΤΕΛΕ. . ΕΛΡΑ. . ΕΝΑΓ. . . . . .
.ΙΓΕΡΙΤΟ.ΤΡ. . . . .
–ΟΡ. . Α. . . . .
Ι. . . . .

Var. lect. Vs. 3 extr. ΙΙ.ΗΣ. Velsen, ΙΙ.ΓΗ. Koehler ‖ vs. 4. ΓΡΟΤΟΝΛΕΝ Velsen, ΓΡΟΤΟΝ.ΕΝ Koehler ‖ vs. 5. ΕΓΕΙΤΑ V. et K. ‖ ΤΟΙΣΙΑΡΑ V. ‖ v. 6. ΤΟΝΟΣΗΟΣΑΝΕΙΕΛΛΥΤΑΤΑΛΕΝΟΣ plenius V. ‖ vs. 7. ΣΙ–LΣΙ . . . . Ε. V. ‖ vs. 8 in. ΞΝ V., deinde ΚΑΤΑΤ . . ΕΛΟΛ, ubi Κ.ΤΑΤΑ . . ΛΟΛ K. ‖ vs. 9. . . ΕΝ.ΕΛΟΜΕ V., . . Ε.ΓΕΛΟ.Ε K. ‖ vs. 10. ΚΑΙΤΟΙΟΙΓΟΝΗΟ–ΑΝ V., ΚΑΙΤΟ' . . ΓΟΝΗC.Α. K. ‖ vs. 11 in. ΑΥΤ V. ‖ mox ΚΑΤΑΤΑΥΤΑΚΑ V. et K. ‖ vs. 12 extr. ΕΝΕΜΕ V., Ε.ΕΜΕ K. ‖ vs. 13 in. ΟΙΣΙ V., ΟΙΣΙ K. ‖ extr. ΓΡΥΤΑΝΕ V., ΓΡΥΤΑΝΕ K. ‖ vs. 14 in. ΡΟΣ V., ΡΟΣ K. ‖ extr. ΚΑΤΑΤΑ . . . Ε . . V. et K. ‖ vs. 15 in. –ΟΙ V. ‖ vs. 16 in. ΕΛΕΤΙ V., ΕΙΕΤΙ K. ‖ vs. 17 in. ΝΙΚΕ V., Ν'ΚΕ K. ‖ extr. ΕΝΑΙ V. ‖ vs. 18 in. ΕΙΣΤΕΛΕ V., ΝΣΤΕΛ K. ‖ mox ΛΕΛΡΑΙ.ΕΝΑΓ V., .ΕΛΡΑΜ.ΕΝΑΓ K. ‖ vs. 19. ΤΟΣΤΡ/– V., ΤΟ.ΤΡΑ K. ‖ vs. 20. ΔΟΡΕΙΑΝ V. ‖ vs. 21. ΙΔΕ V., ΙΑL K.

Tractavere haec Keilius in sched. epp. p. 3 seqq. et Schoellius l. l. Versus fuerunt litterarum quadragenarum quinarum, praeter v. 12, in quo addito uno extra ordinem ι numerus litterarum legitimus adauctus est. Et versus quidem sex priores facili eaque certa ratione in integrum sic licebit restituere:

[ὁ δεῖνα] ἐγραμ[μάτευε].
[Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμ]ῳ. Ἐρεχθηὶς ἐ[πρυτάνευε,]
[....... ἐγραμμάτευε, Ξάν]θιππος ἐπεστάτει [........ε-]
[ἶπε. εἶναι τὴν σίτησιν τὴν ἐ]μ πρυτανείῳ πρῶτον μὲν τοῖ[σ-]
[ι .... κ]ατὰ τὰ πάτρια, ἔπειτα τοῖσι Ἁρμ-
[οδίου καὶ τοῖσι Ἀριστογεί]τονος, ὃς ἂν ᾖ ἐγγυτάτω γένους

Contra eorum quae sequuntur continuus sententiarum tenor effici non potest. Adgnoscuntur haec: vs. 7. - - αι αὐτοῖσι τὴν σίτησι[ν - - vs. 8. - - ν παρὰ Ἀθηναίων κατὰ τὰ [δ]ε[δ]ομ[ένα? - - vs. 9. - - ν ὁ [Ἀ]πόλλων ἀνεῖλ[ε (sive ἀνῇλη) - - vs. 10. - - ς σίτησιν καὶ τὸ λοιπὸν ὅταν? - - vs. 11. - - αὐτοῖσι κατὰ ταὐτὰ κα[ὶ - - vs. 12. - - Ὀλυμπίασι] ἢ Πυθοῖ ἢ Ἰσθμοῖ ἢ Νεμέ[ᾳ - - vs. 13. - - αὐτοῖσι τὴν σίτησιν ἐν πρυτανε[ίῳ vs. 14. - - - π]ρὸς τῇ σιτήσει κατὰ τα[ῦτα? - vs. 15. - - - τῷ πρυτανείῳ ὁ[π]όσο[ι - - vs. 16. - - - ν]ίκησι νενι[κ]ήκασι Ὀλυμπί[α - - vs. 17. - - - νικήσωσι τὸ λοιπὸ[ν] εἶναι - - vs. 18. - - - στήλῃ[ι] γεγραμ[μ]ένα - - vs. 19. - - - παρὰ τοῦ (τὸ) στρατ - - vs. 20. - - - δωρειάν? - -

E vetustioribus esse hoc decretum formae dativorum plurativorum declinationis secundae testantur constanter usurpatae; at multis post factum decretum annis hoc exemplum lapidi fuisse incisum et sibilantis litterae forma novicia et universae litteraturae aequabilis quaedam elegantia, quae nullam prae se ferat remotioris antiquitatis speciem, videntur probare.

9 *Athenis olim prope Erechtheum. Marmor, quum transscriberetur, fuit maxime oblitteratum; hodie ne superesse quidem videtur. Nos habemus ex schedis vetustis Koehlerianis, haud dubie Fauvelii'* Boeckh C. I. G. 73[b] (Add. p. 890 seqq.).

. . EΠESTATEL . . . I - - - -
. . OSAΠANEMS . TO . S . ΠANAΘENAIATAMIΔAHXS . . . .
. . OSETRIONMNONKAINOMONERYΘRAION . OSΠAROSP .
. . . OISHIETOΠO . OSAΠHΔINONMIΘANOIΠANΔIAΓAΛEMI . . .
. . . NAXSIA . ETIΠOSMNEOKAIATASE . . ENHAΠRIΣΘAIRI . .
. . . SHRLKEATON . . . MONHO . OYXIOYONOSSTINAXANRAX
. . REONOS . OAS . . . . LONTOΠROLOMENOIERYΘRAIONHΠ
. . YAMONROLEMONAKENKOEIKAIAEKATONANARASTONΔEΘ
. . YOENSAΘE . ΘE . ON . ENIEIOLEIKAIENOSEOONENAIBOLE . . .
. . . ΔOLEΞONETREAKONTAREΓAEΛONOSAΔIOXSINΔENAI . . .
. . OSEIEXOENOSROLEYENΔEMEENTASTETTARONEITON . . .
KYAMEYSAO . . EKAIKATASΘESAILINMENNOSROLENEOSA . . .
ΘOOSKAI . . . . ΘR . ΠAPXONTOΔELOIΠONTEIROLENKAITON . . .
ARXONMROLEYSONEΓΠIANONTARMIASIΠ . . NHXSIENAI . . . .
ENOMNYNAI . . . . IAKA . AΠOALOKAIΔEME . . . RΠARONNHNO .
HEIANEO. . . . . AIΠAI . INEXSO . O . . NΔEΓONONO . . .
. . . NKAIA . IEKON . . EISONNOEΓONΔEROLENNROL . ΓONEATA . . .
. . . ONTAKAINEΛKONΔEMEENAIΞEMIOSAI . . LE . SANAT . . . .
OANEOΔEMOEONNSOENONΔEMONKATAKAIENMEOLETON
OMNONA . . A . . ΔE . . . SOLENKOLEYSOHOSAN . . NO . N . AISST . . .
. ΔEKA . . TAERYΘRAIONTOIΠLEΘEIKAIAΘENAIONKAITON . .
NMA . ON . AIOYK . . . TESOMAIAΘENAIONTOΠ . EΘOSOYΔE . .
. . . XSYNMAXONTONAΘENAIONOYTAYTOSEΛOO . TA . VOIΓE . SON . .
. . . AOYEOMONROYTAYTOSEΛOOYTALLON . EI . . . .
. . . . TONO . . NON . . . AΔEXSOMAIOYΔ . HENAOYTOΠOIKAINA . . . . .
. . . . IΠEIS . Θ . A . . . . . MEΔOSOENAO . . NANEYTH . SONANA . . . . .
. . . . NAIONKAITO . NMO . YΔETONMENONTONEXSELO . NONTISKA
. . . ΠESAΘENAIONKAISAEMOEANΔETOSAΠOKTINEN . . . . . .
. . . EOSHETERONERTOI . . . . . . ONTEΘ . ATOEAN . . OSΘEIM . NΔ . . .
. . . NEOSΘEΠOEYΛETONATASKAITEOAΘENAIONXSYNMAXH .
. . . AXREMATAΔEMOS . . ΠOERYΘRAIONEANΔROIS . 9O . . . .
. . . OS . . TOSTYRANNOISTEMNAM . OSERYΘRAINKAI . . OS . . . . .
. . . XAΠITEΘNATO . M . . ΠAIΔEONOIEXSESENΠEΛ . NEO . . . . .
. . . EIOΘEMILEO . EXOS . . . . . ΠNIΔES . OIEXS . KEN . . . .
. . . ERYΘRAIO . KAI . . . NAΘENAIONAΠOSANONTAΔEXRIMATA . . .
. . . SKATAENTASAΠONTO . . AIΔEST . ΘNKY . . TA . . . .
. . . FSΘOKATAYTAKAI . . . . ENONTONAΘENAION . .
. . . . . ΘKIASSEN . . . . . YΘERYΘRASIT - - - - - - -
. . . EOTONPOXSAES . . . . . ROSAΘENAION . . O - - - -
. . . NTAΔEO . OYENEΛAΠEK . . ΔEMIOSILONXSYMAXO . . .
. . . . NAMENEI . TOM . OP . ONIOXSAKASΔEKATA . OIOS
. . . . ONEAS . . . IOASOOSIMASTOSEINEYISANO . .
. . . . ΠARM . ONTONXI . ONKSΘENANEIHOPOΠAOKIΛΛ . .
. . . . ROLE . . . KANA . OASIEPAETTISOYLESHEKASTESX . .
. . . . RXOE . Λ . . . . . AΘENAITONOKORINTOSEM . SEOX . .

'Has litteras ut incertas notatas sunt: vs. 2. litt. 9. 11. (S et O), vs. 3. litt. 20., vs. 4. ΓAΛ *ante finem, vs. 5. litt. 9. 11. 12. 15. 16. 23 et fere ultima* AIR, *vs. 6. litt. 3. 23. vs. 8. litt. 14. 16. 19. 20. vs. 9. litt. 16. 20. 21. vs. 10.* X, *vs. 11. litt. 7. vs. 12. a fine litt. 10. 11. vs. 14. litt. 10. 12. et* H, *vs. 16.* E *secundum et ultimum, vs. 17.* KON, IS, NNO *et secundum* ROL, *vs. 18. primum* T *et* NEΛKON, *vs. 19. primum* N, *vs. 23. ultimum* I, *vs. 24. litt. 3. 4. 7. 9. 10. et ultimum* N, *vs. 26. primum* N *et ultima* ANA, *vs. 28. litt. 15. 18. 21. 22. et ultimum* I, *ultimum* N, *vs. 29. litt. 13. 14. 22.* (T), *31. 32. vs. 30. litt. 7. 10. 16. 25. vs. 31.* R, *vs. 32. utrumque* M, *vs. 33. primum* X, *primum* Π, *litt. 13. ultimum* S, *ultimum* N, *vs. 34. primum* I, *litt. 9.* E, *tum* EXOS, *vs. 36. sub finem* Θ *et* KY, *vs. 39. prima* ΘK *et ultimum* S, *vs. 41.* AΠ, *vs. 42. litt. 9. 12. 15. 19. 20. vs. 44. primum* I *et primum* K. *In numerandis litteris puncta vacui signa non computavi. — Vs. 7. in fine supra scriptum* OΘEN, *item vs. 19.* EOLOTON, *vs. 35 extr.* TOT . ., *vs. 42.* EN *(super* OS*), quas manifesto variae lectiones sunt'* Boeckhius.

Optime de hoc titulo pretiosissimo eodemque corruptissimo restituendo atque interpretando meritus est Boeckhius, ut potiora e commentario eius deprompta hic adponere a re videatur.

Decretum,' inquit, *'habemus — Cimoniae fere aetatis, de Erythraeorum republica Athenis subiecta ad popularis imperii normam constituenda, et maxime de senatu Erythraeo instituendo et iurisiurandi certa quadam formula obstringendo, et de aliis quibusdam rebus ad societatem Erythraeorum et Atheniensium pertinentibus.'*

1) *Praescripta v. 1. 'Initium fere hoc fuit:* [Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. ἡ δεῖνα ἐπρυτάνευε, ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, ὁ δεῖνα] ἐπεστάτει. Λ[- - - εἶπε].

2) *Decreti ipsius verba a) de hostiis ab Erythraeis ad Panathenaeorum sacra quarto quoque anno deducendis, vs. 2—7. 'Primum videtur aliquid huiusmodi dictum esse: Erythraeos ut Atticos colonos debere ad Panathenaea aliquid contribuere; ut constat Atticos colonos Athenas boves misisse ad Panathenaea (schol. Aristoph. Nub. 385). Hinc vs. 2.* Παναθήναια τὰ μ[εγάλα: — *sequebatur fortasse* ξ[ένια. *Vs. 3. pretium videtur doni definitum:* τριῶν μνῶν. *Tum* νέμεν *vix verum est; scribe* NEMEN. — *Sic prodit:* καὶ νέμειν Ἐρυθραίων το[ῖ]ς παροῦσ[ι κρέα? *Nempe ex hostiis. Tum conicias:* νέμειν δὲ αὐτ]οῖς ἱε[ρ]οπο[ι]οῖς [καὶ ο]ἶνον. — *Mox* Πάνδια *videntur esse v. 4 extr. Vs. 5 init. fuit* τὴ]ν ἀξίαν[ν.] ὅτι [τ]οὺς - - *Proxima non expedio; vs. 6.* HRLKEA *fuit fortasse* ἄρνα. *Vs. 7. forsitan:* ἐβού]λοντο προ[ε]λόμενοι Ἐρυθραῖο[ι *vel* Ἐρυθραίων - -'

Nos Boeckhii vestigia secuti plura nobis videmur enucleasse haec, quae quam vera sint viderint peritiores: [Ἐρυθραί]ους ἀπάγειν - - ἐς Παναθήναια τὰ μεγάλα - - | - - τριῶν μνῶν. καὶ νέμειν Ἐρυθραίων [τ]ο[ῖ]ς παροῦσι [τῶν | κρεῶν τ]οὺς ἱεροπο[ι]οὺς δραχμὴν ἑκάστῳ. ἐὰν δὲ ἀπάγωνται [μὲν - | -, μ]ὴ ἄξια [δ]ὲ τριῶν μνῶν κατὰ τὰ εἰ[ρη]μένα, πρί[α]σθαι - - | - - ἱερεῖα, τὸν [δὲ δῆ]μον τὸ[ν Ἐ]ρυθραίων ὀφείλειν ἀναγράφ[εσθαι. | τῶν δὲ κ]ρεῶν - - - νέ]μειν τῷ βουλομένῳ.

b) *De senatu Erythris constituendo vs. 7—28. 'Tum manifesto de instituendo senatu* ἀπὸ κυάμου *agitur, ad morem democraticum, et videtur fere sic legendum:* ἀποκληροῦν δὲ ἀπὸ κ]υάμου βουλὴ[ν εἶ]ναι εἰ[κ]ο[σ]ι καὶ ἑκατὸν ἄν[δ]ρας. — *In fine vs. 8.* τὸν δὲ *vel* τῶν δὲ. *Vs. 9. fortasse* Ἀθή[να]θε[ν] - - ἐν [τ]ῇ [β]ουλῇ *vel* [α]ὐλαι. *In fine est opinor* εἶναι βουλε[υτάς: *certe agitur de senatorum persona. Definitur enim, qui possit senator creari et non creari, ne quis senator sit minus triginta annis*

natus, Attico prorsus instituto. Hinc vs. 10. μη]δ'? [ἔ]λ[αττ]ον ἢ τρ[ι]άκοντα [ἔτη γ]εγονώς. ΒΕΓΑ *fuit* ΕΤΕΛ — *Post* γεγονὼς *dele* Α *ex sequenti* Δ *petitum a transcribente. Si quis autem senator sortitus sit contra legem, potest adversus eum agi, neque iam licet eum intra quattuor annos senatorem fieri; vs.* 10 *extr. vs.* 11 *init.* δίωξιν δ' εἶναι [πρὸς? τ]οὺς ἐ[ν]εχο[μ]ένους, βουλεύειν δὲ μὴ ἐντ[ὸ]ς τεττάρων ἐτῶν - - - - *Vox* ἐνεχομένους *tamen valde incerta videtur. — Sequitur de senatus constitutione tale quiddam vs.* 12—14. Κυαμεῦσα[ι δὲ] καὶ καταστ[ῆ]σαι [τὴ]ν μὲν [νῦ]ν Βουλὴν [τ]οὺς Ἀ[θηναίων ἐπισκ]ό[π]ους καὶ [τὸν φ]ρ[ούρ]αρχον, τὸ δὲ λοιπὸν τὴ[ν] βουλὴν καὶ τὸν [φρούρ]αρχον βουλεύσ[ω]ν [περ]ὶ . . . . . αρ[χ]ίας π[ρὶ]ν [ἐ]ξιέναι. *Vs.* 12. — τέως, *interim, donec novus valeat ordo, qui a sequenti fortasse anno incipiebat. Dubito tamen de lectione* τέως. — *Sequitur praeceptum de formula iurisiurandi, quod iurare debeat senatus; quam formulam integram restituere mihi non contigit, aliquid tamen inde perspicio. Nam vs.* 15. 16. *tale quid fere fuit (singula non spondeo):* τὴν δὲ βουλ]ὴν ὀμνύναι [καὶ Δ]ία κα[ὶ] Ἀπό[λ]λω καὶ Δήμη[τρα, ἐ]παρω[μέ]νου[ς ἐξώλ]ειαν [κ]α[ὶ εἶναι ἑαυτοῖς κ]αὶ παι[σ]ίν, ἐξώ[λεια]ν δὲ - - - *Vs.* 17. *fortasse est* καὶ α[ὐ]ῆ; *in fine forsitan:* [τ]ὴν δὲ βουλε[υτὴν βουλ[εύ]ον[τ]α - -, *vs.* 18. - - δὲ μὴ εἶναι, *et* ζημιοῦται *vel simile. Vs.* 19. *an τ]οῦ* δήμου *et mox* δῆμον? *Vs.* 20. *iam incipit id ipsum, quod iureiurando confirmare senator debet; id etsi paulo apertius est, tamen non omnia certa sunt. — Sed tale quiddam omnino fuit:* ὀμν[ύ]να[ι] δ[ὲ τα]δε [τὴν β]ουλήν· [β]ουλεύσω ὡς ἂν [δυ]να[ί]μ[ην ἄρ]ιστ[α] εἶναι δ[ι]κ[ῇ καὶν]τα Ἐρυθραίων τῷ πλήθει καὶ Ἀθηναίων καὶ τῶν [ξυ]μμά[χ]ων, [κ]αὶ οὐκ [ἀποσ]τήσομαι Ἀθηναίων τοῦ π[λ]ήθους οὐδὲ [τῶν] ξυμμάχων τῶν Ἀθηναίων, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ ο[ὔ]τ' ἄ[λ]λο[ν] ἐ[ῶ]ν [οὐδὲ ἕν]α. οὐ . . . . ν[ῦ] οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἄλλον ἐ[άσω οὐδὲ ἕνα - - - — *Vs.* 23 *extr.* Ν *videtur vitiosum: formulam latentem docuit me heliastarum iusiurandum ap. Dem. c. Timocr. p.* 746. οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἄλλον οὐδένα ἐάσω. — *Vs.* 25. *nisi de hostibus non recipiendis dictum erat, scribendum:* [δῶρ]α δέξομαι οὐδ[ὲ] ἕνα, *ut in iureiurando heliastico:* οὐδὲ δῶρα δέξομαι τῆς ἡλιάσεως ἕνεκα. — *Quae sequuntur, fuerint fere similia eis, quae in heliastico iureiurando sic concepta sunt:* οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατάξω, οὐδὲ ὧν θάνατος κατέγνωσται, οὐδὲ τοὺς μένοντας ἐξελῶ *est. Sed ex his pauca agnoscere in hoc apographo licet. Vs.* 26. *fortasse* Μήδους, *mox* ἄνευ *est; vs.* 27. *manifesto* Ἀθη]ναίων καὶ τῶ[ν ξυμμάχων; *verum ex ultima voce solum* ΝΜ *superest, et videtur integer deesse versus; tum habes:* οὐδὲ τῶν μενόντων ἐξελῶ. *Post hoc deficit nexus, licet vs.* 27 *extr.* 28 *init. cohaerere videantur:* κα[θα]πε[ρ] Ἀθηναίων καὶ [τ]ὰ ἐκ . .'

Nos versus istos sic legendos vel redintegrandos esse censemus:

§ Ἐρυθραίων ἀπ[ὸ κ]υάμων βουλὴν εἶναι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἄνδρας. § τὸν δὲ [κυαμευ]θέντα δο[κι]μά[ζ]ειν ἐν τῇ [β]ουλῇ· καὶ μὴ ἐξεῖναι βουλε[ύειν μηδὲ ἕν]α ἔλαττον ἢ τριάκοντα ἔτη γεγονότα. δίωξιν δ' εἶναι [κατὰ τ]ῶν ἐλε[γ]χο[μ]ένων· βουλεύειν δὲ μὴ ἐντὸς τεττάρων ἐτῶν. § [ἀπο]κυαμεῦσαι [δ]ὲ καὶ καταστῆσαι τὴν μὲν νῦν βουλὴν τοὺς ἐ[πισκ]όπους καὶ [τὸν] φρ[ού]ραρχον, τὸ δὲ λοιπὸν τὴν βουλὴν καὶ τὸν [φρούρ]αρχον. § [τῶ]ν βουλευσόντων ἕκαστον Ἐρυθραῖοι π[ρὶ]ν ἐσιέναι [ἐς τὴν ἀρχ]ὴν ὀμνύναι [μὲν Δ]ία κα[ὶ] Ἀπόλλω καὶ Δήμη[τρα], ἐπαρώμενο[ν ἐξώ]λειαν ἑα[υτῷ ἐπιορκοῦντι κ]αὶ παι[σ]ὶν ἑαυτοῦ· [τὸ]ν δὲ ὅρκον ὀ[μνύνα]ι κατὰ ἱερῶν καιομένων. τὴν δὲ βουλὴν [τὴ]ν βουλ[ε]ύουσαν ταῦ[τα] ἀναγκάζειν. ἐὰν δὲ μή, εἶναι ζημιῶσαι [χι]λί[α]σιν δρ[αχμαῖσι ἢ] ὃ ἂν ὁ δῆμος ὁ Ἐρυθραίων αὐτοὺς καταβαλεῖν ψηφίσηται. § ὀμνύνα[ι] δ[ὲ τα]δε [τὴν] βουλήν·

> βουλεύσω ὡς ἂν [δύ]να[μ]α[ι] ἄ[ρ]ιστ[α καὶ] δικα[ιότα]τα Ἐρυθραίων τῷ πλήθει καὶ Ἀθηναίων καὶ τῶν [ξυ]μμά[χ]ων. [κ]αὶ οὐκ [ἀποσ]τήσομαι Ἀθηναίων τοῦ π[λ]ήθους οὐδὲ [τῶν] ξυμμάχων τῶν Ἀθηναίων, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἄ[λ]λῳ πε[ί]σομ[αι. οὐ]δ' αὐτομολή[σω] οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ ο[ὔ]τ' ἄλλῳ [π]εί[σομαι οὐδὲ ἑνί. οὐδὲ] τῶν φ[ευ]γόν[των] δέξομαι οὐδ[ὲ] ἕνα, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' [ἄλλῳ]ι πείσο[μ]α[ι, τῶν ἐς] Μήδους φυγό[ντω]ν, ἄνευ τῆς γνώμη[ς τῆς Ἀθη]ναίων καὶ τοῦ [δ]ήμου. οὐδὲ τῶν μενόντων ἐξελῶ [ἄ]νευ τῆς γν[ώμης] τῆς Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου.

c) *Poenarum sanctione*· vs. 28—38. *'Pergitur fere sic:* ἐὰν δέ τ[ι]ς ἀποκτ[ε]ίνῃ [τινὰ ἢ πυρὶ ἐς τοὺς θ]εοὺς ἕτερον ἔρ[γον ἀνόσι]ον, τεθ[ν]άτω. ἐὰν [δὲ - - *Vs.* 30. πο[ῇ] γείτονι - - καὶ τῆ[ς] Ἀθηναίων ξυμμαχί[ας - - *Vs.* 31. καὶ τ]ὰ χρήματα δημόσ[ια ἔστ]ω Ἐρυθραίων. *Videtur delicti in Atheniensium societatem commissi reo poena constituta esse exilium et publicatio bonorum, quae Erythraeorum civitas accipit, non Atheniensium. Vs.* 31 *extr. incipit nova formula:* ἐὰν δ[έ τ]ις βο[ηθήσῃ] - - - τυράννοις, τε[θ]νά[τω. *Tum Erythraeorum mentio fit; vs.* 33. *rursus* τεθνάτω, *et ut videtur* ἐξ ἧς *sine spiritu. — Vs.* 34. ἔχουσ - -, 35. τῶν] Ἐρυθραίω[ν] καὶ [τῶ]ν Ἀθηναίων ἀπο[θ]αν[εῖ]ν? τὰ δὲ χρ[ή]ματα - - -, 36. αὐτῶ[ν? 37. κατ' αὐτὰ? καὶ - - - Ἀθηναίων, 38. Ἐρυθραῖς. Ita Boeckhius; ego temptaverim:

§ ἐὰν δέ τις ἀποκτείνῃ - - - - - ως ἕτερον ἢ - - -, τεθ[ν]άτω. § ἐὰν [δέ τ]ου [- - - κατα]γνωσθῇ, φευγέτω ἅμα καὶ τὴν Ἀθηναίων ξυμμαχί[αν καὶ τ]ὰ χρήματα δημόσ[ια ἔσ]τω Ἐρυθραίων. § ἐὰν δέ τις [ἁ]λῷ [ι προδι]δοὺς τα[ῖ]ς τυράννοις τὴν πόλιν [τ]ῶν Ἐρυθραί[ω]ν καὶ - - - -, τεθνάτω [κ]α[ὶ] παῖδες οἱ ἐξ ἐκείνου, ἐὰ[ν] μὴ - - - - ω[ς] ἔχον[τες οἱ] παῖδες οἱ ἐξ [ἐ]κείν[ου ἐς τὸν δῆμον τὸν] Ἐρυθραίω[ν] καὶ [τὸ]ν Ἀθηναίων ἀποφανθῶσι. τὰ δὲ χρήματα - - - ας κατα[θ]έντας ἔχειν τοὺ[ς π]αῖδας τὸ ἥμισυ - - - ἔνθεν κατ[ὰ τ]αὐτὰ καὶ - - - όντων Ἀθηναίων - - - Ἐρυθραῖοι - -

Horum fragmentorum *a* et *b* primus coniungenda esse vidit Rangabé, *c* addendum esse nos significavimus in Commentt. acad. Berol. cl. hist. phil. 1864. p. 27; *e* et *f* composuit Boeckhius, *d* et *g* addimus confidenter, dubitanter *h*; cui si recte locum adsignavimus, statuendum erit et litteras aliquot non ex vero ordine dispositas esse in apographis et vs. 6 extremam litteram Σ errore additam, in ipso lapide non lectam fuisse. Esse autem frg. *a*—*c* et *d*—*h* eiusdem monumenti particulas et ex eo adparet, quod *a b e f g* eadem manu scripta sunt aperte docentibus ectypis, et inde colligitur manifesto, quod qui in frg. *f* memoratur deorum quaestor Gorgoenus Oenides Icariensis, eiusdem nomen scriptum fuisse frg. *c* vs. 14 a litterarum vestigiis videtur colligi posse probabiliter. Quin eiusdem lapidis esse haud absurde conicias propter aequabilem partium *a*—*c* et *d*—*h* latitudinem, quam fuisse litterarum circiter septuaginta quinque e certa aliquot versuum restitutione adparebit temptantibus.

Scripta haec sunt proximis post Ol. 89, 2 annis, ut e frg. *a*—*c* certissime colligitur; non posse esse Ol. 90 antiquiora, etiam propter dativorum pluralivi numeri decl. primae formas novicias constanter adhibitas necessario existimandum est. Exhibet videlicet monumentum rationes logistarum de pecuniis, quae quum per undecim annos Ol. 86, 4—89, 2 ad belli usus, quod his annis gestum est, e thesauris Minervae et reliquorum deorum mutuo essent sumptae, finito bello debebantur una cum usuris; quem indicem consentaneum est confectum esse iussu populi, quum pace facta Ol. 89, 3 reddere debita placuisset: id vero aucta moxredituum copia et adfluente rursus pecunia non ita multis annis post adeoque ipsa Ol. 90 factum esse probabile est. Ad huius igitur quadriennii annum unum aliquem monumentum referendum esse conicimus.

Periit prior monumenti tabula, quae habuit rationes septem annorum Ol. 86, 4—88, 2 consimili modo dispositas; restat posterioris tabulae maior pars, qua in tabula consignatae sunt rationes penteteridis extremae Ol. 88, 3—89, 2 additis in calce omnium et nominum et usurarum consummationibus. Adparet autem ita opera iniuncta functos esse logistas, ut pro fundo eis essent rationes expensorum a quaestoribus Minervae et reliquorum deorum institutae. Has igitur ex ordine describendas curarunt addendasque singulis capitibus usurarum notationes, quas ipsi computaverant, et ubi res ferebat singulorum consummationes. Usuris autem eum modum constitutum fuisse, ut per annos penteteridis ultimae pro minis singulis singulis diebus deis penderentur trecentesimae drachmarum partes, a frg. *a b* vs. 19—20 sagaciter ostendit Rangabé, frg. *d* testimoniis post eum confirmavit Boeckhius (cf. *zur Gesch. der Mondcyclen* p. 4 seqq.).

I. *Rationes pecuniarum Minervae Poliadis et Victoriae quadriennio* Ol. 88, 3—89, 2 *erogatarum* (frg. *a b* et *c* vs. 1—12).

a) *Rationes pecuniarum Minervae Poliadis hoc quadriennio erogatarum* (vs. 1—51).

Praescripta (*a b* vs. 1—2) [Τάδε τοῦ τόκου(?) ἐλογίσαντ]ο οἱ λογιστα[ὶ ἐν τοῖς τέτ]ταρσιν ἔτεσιν ἐκ Παναθηναίων ἐς [Παναθήνα]ια ὀφειλόμενα?].

Annus primus, Ol. 88, 3 (vs. 2—16).

Prima pensio (vs. 2—6): [Τάδε ο]ἱ ταμίαι παρέδοσ[αν, 'Ανδρο]κλῆς Φλυεὺς καὶ ξυνάρχοντες, 'Ελλ[ηνοταμίαι]ς ....]ει καὶ ξυνάρχουσι[ν, στρατ]ηγοῖς 'Ιπποκράτει Χολαργεῖ καὶ ξυ[νάρχουσιν, | ἐπὶ τῆς Κεκροπίδο]ς πρυτανείας δευτέ[ρας πρυ]τανευούσης, τέτταρες ἡμέραι ἐσε... ε[ληλυθυία]ς, ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ] Μεγακλείδης πρῶτο[ς ἐγραμ]μάτευε, ἐπὶ Εὐθύνου ἄρχοντος· ΔΔ. τόκος τ[ούτοις ἐ]γένετο: ΡΡΗΔΔ]ΔΓ⊢.

Usuras computatas esse ad diem usque extremum totius quadriennii manifestum est; quorum dierum eximendum esse ubique eum quo facta esse perhibetur pensio statuit Boeckhius. Quo posito quadriennium hoc Ol. 88, 3—89, 2 fuisse dierum 1448, cuius primus annus fuerit dierum 355, secundus 354, tertius intercalaris dierum 384, quartus denique 355, ex usurarum rationibus evicit ita, ut dubitatio relicta esse videatur nulla. Hinc primae pensionis usurarum summam ratiocinando licuit adsequi; cuius numeros una littera diductius scriptos fuisse adparet. Talia vero in numeris consignandis saepius admissa esse tam multi testantur inscripticois loci, ut offensioni ea res esse omnino non possit. Peccavit praeterea lapicida in voce ἐσεληλυθυίας exaranda, cuius initio quum ἐπαγούσῃ falso primum posuisset, post animadverso errore deletis litteris ΑΛΟΣ addidit reliqua, ut evaderet quod verum erat, ἐσεληλυθυίας.

Secunda pensio (vs. 6—7). Δευτέρα δόσις ἐπ[ὶ τῆς Κ]εκροπίδος δευτέρας πρυτανευούσης .ει........|............τῃ πρυτανείᾳ Ρ. τόκος τ[ούτων:] ΤΤΧΡΗΗΗΗΡΔΔ.

Usurae sunt dierum 1397, unde consequens est pensionem factam esse die sexto decimo prytaniae secundae. Hoc igitur indicio fretus sic hiatum explevit Boeckh: [τ]οῖ[ς αὐτοῖς, | ἑξκαιδεκά]τῃ πρυτανείᾳ; quod genus dicendi quum sit plane inauditum, recipere haec ausi non sumus. Videtur sane in eis quae hausta sunt turbatum esse lapicidae socordia; quid vero scripserit homo incuriosus certo vix quispiam definiverit.

Tertia pensio (vs. 7—9). Τρίτη δόσις ἐπὶ τῆς Παν[διονίδο]ς πρυτανείας] τετάρτης πρυτανευούσης, [ἐσεληλ]υθυίας πέντε ἡμέρα[ι] τῆς πρυτανείας· Δ[ΔΡΤΤΤΤΡΡΔΔΓ⊢⊢⊢. τόκος τ]ούτων: ΤΧΡΗΗΔΓ⊢⊢⊢⊢.

Priores tres prytanias quam probabile sit fuisse dierum tricenorum quinorum, usurarum dies fuere 1338. Ergo pecuniae mutuo datae summa erat inter 28 t. 5072 dr. et 28 t. 5079 dr., quorum brevius prius recte videtur posuisse Boeckhius, quum vel numeri suppleti hiatus fines excedant unius litterae spatio.

Quarta pensio (vs. 9—10). Τ[ετάρτ]η δόσις ἐπὶ τῆς 'Ακαμαντίδος πρυτανεία[ς ὀγδόης | πρυτανευούσ]ης, πέντε ἡμέραι ἐσεληλυθ[υίας τῆ]ς πρυτανείας· ΔΔΔΔ[Τ]ΤΤΤΧΧΧ. τόκος τούτω[ν ΤΧΧΧΧΡΗΓΔ⊢⊢⊢].

Haec et quae sequuntur quum in ordinem redigi nequeant, nisi supervacaneos huius anni dies quinque omnes additos fuisse prytaniis tribus extremis statueris, usurarum dies erant 1198. Ergo pro quadraginta quattuor talentis et dimidio debebantur talentum unum et drachmarum quattuor milia sexcentae sexaginta duae cum drachmae parte quinta, pro qua obolum unum additum fuisse consentaneum est. Ceterum aut ἐσεληλυθύας scripserat lapicida aut unam litteram addiderat extra ordinem.

Quinta pensio (vs. 11—12). [Πέμπ]τη δόσις ἐπὶ τῆς 'Ακαμαν[τίδος πρ]υτανείας ὀγδόης πρυτανευούσης, ἐσεληλ[υθυίας ἓ]ξ ἡμέραι ν]ῦν πρυτανείας· Η. τόκος τ[ούτων:] ΤΤΤΡΡΗΗΗΗΔΔΔΔ.

Usurarum dies sunt 1197; unde sexto prytaniae die numeratam esse pecuniam Boeckhius intellexit.

Sexta pensio (vs. 12—14). Ἕκτη δόσις ἐπὶ τῆς 'Ερε[χθηίδος | πρυτανείας] δεκάτης πρυτανευούση[ς, ἐσεληλ]υθυίας ἑπτὰ ἡμέρας τῆς πρυτανείας, ΔΡΤ[ΤΤΧΧΧΡΡ]ΔΗ⊢. (τόκος) τούτοις] ἐγένετο ΧΧΧΧΗΡΔΔ⊢⊢[IC].

Haec ita in ordinem redegit Boeckhius, ut octavas et nonas prytanias tricenos septenos, decimas triginta sex dies fuisse statueret; unde quum septimo extremae prytaniae die datam esse pecuniam constet, usurarum dies ad finem usque quadriennii erant 1122. Usurarum deinde numeris truncatis suppletis in ΧΧΧΧΗΡΔΔ⊢⊢[IC] pecuniae mutuo datae summa efficitur 18 t. 2562 dr.; quae summa ut possit inseri, vocabulum quod est τόκος omissum esse a lapicida statuit, aberrantibus oculis a τόκος ad τούτοις. Dura sane ratio et lubricosa, sed qua meliorem excogitare mihi non contigerit.

Consummatio pecuniae hoc anno mutuo acceptae cum usuris (vs. 14—16). [Κεφ]άλαιον τοῦ ἀρχαίου ἀναλώματος ἐπὶ τῆς 'Ανδρ[οκλέους ἀ]ρχῆς καὶ ξυναρχόντων ΗΗΡΔΤΡΡΗ[ΔΔΔΔ. τ]όκου κεφάλαιον τῷ ἀργυρίῳ τῷ ἀναλωθέντ[ι ἐπὶ τῆς | 'Ανδροκλέους] ἀρχῆς καὶ ξυναρχόντω[ν: ΔΤ]ΡΔΔΔΔΓ⊢⊢⊢⊢.

Usurarum summa quattuor obolis cum dimidio minor est, quam quae supputatione instituta efficitur; addendam igitur IIIIC in spatio vacuo quod insequitur sex litterarum censuit Boeckhius. At eo in loco nullas unquam litteras scriptas fuisse et qui lapidem ipsum oculis lustrarunt testantur et ectypon persuasit examinanti. Itaque nisi erravit lapicida, statuendum quattuor hos obolos cum dimidio in consummando consulto neglectos esse, ut compensarentur scilicet quae in singulis supra posita erant minus adcurate et veris paullo maiora.

Annus secundus, Ol. 88, 4 (vs. 16—24).

Prima pensio (vs. 16—20). Τάδε παρέδοσαν οἱ ταμ[ίαι Φυλ]είδης ἐξ Οἴ]ου καὶ ξυνάρχοντες ἐπὶ Σ[τρα]τοκλέους ἄρχοντος κ[αὶ] ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ Πλ[ειστίας | πρῶτος ἐγραμ]μάτευε, στρατηγοῖς περ[ὶ Πε]λοπόννησον Δημο-

σθένει Ἀλωπεκῆθενους Ἀφιδ[ναίῳ ἐπὶ | τῆς ... ίδος] πρυτανείας τετάρτης [πρυτα]νευούσης, τρίτῃ ἡμ[έ]ρᾳ τῆς πρυτανείας ἐ[σεληλυθυί]ας, ἐκ τοῦ Ὀπι[σθ]οδόμου· ΔΔΔ. *τόκος τούτο[ις ἐγέ]νετο* ΡΡΗΗΗΗΔ.

Usurae sunt dierum 985. E scribae primi senatus nomine nihil restat praeter litteras initiales Π; idem tamen e decreto de tributis ordinandis eodem hoc anno facto, quod supra exhibuimus, intellegitur novem fuisse litterarum, quarum servatae ibi sunt ΊΣΤΙΑΣ, ut quin Plistiae nomen fuerit homini dubitari non possit. Unde adparet in nostro monumento a lapicida neglectum esse unius litterae spatium; at compensavit mox defectum vs. 19—20, quorum alteruter reliquorum modulum una littera excedit, nisi *ἐσεληλυθυίας* iterum scriptum fuisse malis statuere, aut *ἐξ Ὀπισθοδόμου* pro *ἐκ τοῦ Ὀπισθοδόμου* cum Boeckhio.

Secunda pensio (vs. 20—23). *Ἐτ[έ]ρα δόσις στρατηγοῖς [Νικίᾳ Νικη]ράτου Κυδα]ντίδῃ καὶ ξυνάρχου[σιν ἐπὶ] τῆς Πανδιονίδος πρυτανείας ἐνάτης πρυτ[ανευούσηs], πέμπτῃ καὶ] δεκάτῃ ἡμέρᾳ τῆς π[ρυταν]είας ἐσεληλυθυίας·* Η. *τόκος τούτοις ἐγένε[το* ΤΤΧΧΧ|ΡΗΗΗΗ].

Usurarum dies sunt 795, ut nonae et decimae prytaniarum altera habuerit dies 35, altera 36.

Consummatio pecuniarum hoc anno acceptarum cum usuris (vs. 23—25). *[Κεφάλ]αιον τοῦ ἀρχαίου ἀναλώ[ματος] ἐπὶ τῆς Φαινίδου ἀρχῆς καὶ ξυναρχόντων·* Η[ΔΔΔ. *τόκου | κεφάλαιον τῷ ἀ]ργυρίῳ τῷ ἀναλωθ[έντι] ἐπὶ τῆς Φαινίδου ἀρχῆς καὶ ξυναρχόντων·* Τ[ΤΤΧΧΧΡΗΗ|ΗΔ].

Annus tertius, Ol. 89, 1 (vs. 25—38).

Prima pensio (vs. 25—29). *[Τάδε παρέδ]οσαν οἱ ταμίαι Θ[ουκυ]δίδης Ἀχερδούσιος καὶ ξυνάρχοντες ἐπὶ Ἰσά[ρχου ἄρχο]ντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ ...]κ.χος [πρῶ]τος ἐγραμμάτευε, Ἑλληνοταμίαις ἐνοις δ[........ | ---] Χαροπίδῃ Σκ[αμβ]ωνίδῃ καὶ ξυνάρχουσι[ν ἐπὶ τῆς ...|--ίδος πρυτανείας --- πρυτανε]υούσης, ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανεί[ας ......| --- τόκος τού]τοις ἐγένετο* ΧΧΧΧΡΗΡΔΓΙΙΙΙΙ.

Reddita haec sunt Hellenotamiarum aerario a quaestoribus, quum antecessores eorum Hellenotamiis anni proxime praecedentis numeraturos se ea spopondisset, sed quum magistratu se abdicarent nondum promissis stetissent.

Secunda pensio (vs. 29—31). *Δευτέρα δ[όσις ἐπὶ τῆ]ς --ίδος πρυτανείας -- πρυταν]ευούσης, δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας·* ΔΔΤΤΤ[--|-- *τόκος τούτοις ἐγένετο* --].

Tertia pensio (vs. 31—32). *[Τρίτη δ]όσις ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηίδος πρυτανείας ἐ[--ης πρυταν|ευούσης, --- τῆς πρυτανείας --]. τόκος τούτοις ἐγένετο* ΡΗΔΔΔΗΗC.

Quarta pensio (vs. 32—34). *Τε[τάρτη δόσις | ἐπὶ τῆς --ίδος πρυτανείας --] πρυτανευούσης, τριακοστῇ τῆς πρυταν[είας ...... | τόκος τούτοις ἐγένετο --].*

Consummatio pecuniarum hoc anno acceptarum cum usuris (vs. 34—36). *[Κεφάλαιον] τοῦ ἀρχαίου ἀναλώματος ἐπὶ τῆς Θουκυδίδου [ἀρχῆς καὶ ξυν|αρχόντων ...... τόκου κεφάλαιον τῷ] ἀργυρίῳ τῷ ἀναλωθέντι ἐπὶ τῆς Θουκυδ[ίδου ἀρχῆς καὶ | ξυναρχόντων --].*

Annus quartus, Ol. 89, 2 (vs. 36—48).

Duplici ratione huius anni indicem redintegrare Boeckhius conatus est, quarum neutram veram esse fragmenti e indicio cognovimus, quo ille uti nondum potuit. Nos omnia restitui posse in integrum desperantes singula tantum temptabimus, quorum ratio certa et indubia esse videtur.

Prima pensio (vs. 36—40). *[Τάδε παρ]έδοσαν οἱ ταμίαι Τιμοκλῆς Εἰτεαῖος κ[αὶ ξυνάρχο]ντες ἐπὶ Ἀμυνίου ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλ]ῆς, ᾗ Δημήτριος Κολλυτεὺς πρῶτος ἐγρ[αμμάτευε ... | --- Μυρρ]ινουσίῳ καὶ ξυνάρχουσι ἐπὶ τῆς Ἀκαμα[ντίδος πρυταν|είας --ς πρυτανευούσης, ---η] τῆς πρυτανείας·* ΡΡΤΤΤΤΤΧΧΧΧΡΗΗΔΔ. *τό[κος τούτοις ἐγ]ένετο ---].*

Acamantidis prytaniam ex eis quae infra disputabimus adparebit septima fuisse priorem; ergo quum prima eximenda sit necessario, una earum fuit, quae sunt inter secundam et sextam.

Secunda pensio (vs. 40—41). *[Δευτέρ]α δόσις ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρυτανεί[ας --- | πρυτανευούσης, ---η τῆς πρυτανείας· --]*ΤΤΡΡ. *τόκος τούτοις ἐγένετο* ΗΡΔΗΗΙΙΙ-.

Tertia pensio (vs. 41—43). *[Τρίτη δόσι]ς | [ἐπὶ τῆς ---ίδος πρυτανείας --]της πρυτανευούσης, τετάρτῃ τῆς πρυτα[νείας ....]τακ[---- τόκος τούτοις ἐγένετο --]*ΡΡΔΔΔΗΗ.

Post prytaniae diem ante pecuniae acceptae numeros additum aliquid legebatur, quod quale fuerit e paucis quae restant vestigiis erui vix poterit.

Quarta pensio (vs. 43—45). *Τετάρτη δόσις ἐπὶ τῆς Αἰαντ[ίδος πρυτ]ανεί[ας ὀγδόης πρυτανευούσης, δευτέρᾳ καὶ] εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας.* Η. *τόκος τούτο[ις ἐγέν]ετο* ΧΡΗ|[ΗΔΔΔΔ].

Usurarum summae restant drachmae 1600, quibus addendos esse locos quinque priores versus insequentis e certa eius redintegratione mox patebit. Iam quum pro talentis centum pendendas fuisse constet quotidie drachmas vicenas, usurarum numeros fuisse inter 1820 et 1980 facile est ad intellegendum. Atqui horum numerorum octo locorum spatio includi non possunt nisi 1740, 1780, 1920, 1960, qui respondent usurarum diebus 87, 89, 96, 98. Horum autem quemcunque statueris, pensionis diem incidisse intelleges in prytaniam octavam sive intercalaris fuit annus sive communis. Iam suppleto prytaniae numero (*ὀγδόης*) vs. 44 e diei notatione restant haec: .... *εἰκοστῇ*. Fuit igitur dies, quo numerata est pecunia, octavae prytaniae aut 22 aut 24 aut 27. Unde consequens est, quum certum sit annum fuisse non intercalarem, ut usurarum dies non potuerint esse nisi aut 87 aut 89. Adde quod e fragmento *f* decima prytania huius anni discitur fuisse dierum 37, si pensionis dies eximatur, et usurarum dies 89 nulla ratione possint effici. Nec 87 alia ulla ratione effeceris, nisi si octavam et nonam prytaniam dierum statueris fuisse tricenorum senorum, pensionem autem factam octavae prytaniae die vicesimo secundo. Hanc igitur rationem qua probabilior non videtur posse excogitari, interim sequendam esse duximus.

Quinta pensio (vs. 45—46). *[Πέμπτη δόσις ἐπὶ τῆς Λεοντίδο]ς πρυτανείας δεκάτης πρυτανευούσης, τ[ετάρτ]ῃ τῆς πρ[υτανείας, ... τόκος τούτοις ἐγένετο* .]ΗΔΔΗΗΙΙC.

Decimam prytaniam hoc anno fuisse Leontidis frg. *f* docemur testimonio, ut quin eius nomen reponendum fuerit dubitari non possit. In diei numero exarando locum unum neglexit lapicida, si verum est quod posuimus, *τετάρτῃ*; possis enim etiam *τριακοστῇ* una redundante littera. Horum autem utrum praeferendum sit diiudicari nequit, quoniam qui relinquuntur suppletis ex ordine supplendis quattuor loci numeris pecuniae numeratae, eis neutrum poterit adaptari; ut turbatum fuisse e lapicida in eis quae hiatu hausta sunt statuendum esse videatur. Quo posito omnis diiudicandae caussae facultas tollitur.

Consummatio pecuniarum hoc anno acceptarum cum usuris (vs. 46—48). *Κεφάλαιον τοῦ ἀρχαίου ἀναλώ[ματος] ἐπὶ τῆς Τι[μοκλέους ἀρχῆς καὶ ξυναρχόντων·* ΗΗ.]ΔΔΤΤΧΡΗΔΔΔΔΗΗΙΙC. *κεφάλαιον τόκου τ[οῖς ἀ]ναλωθεῖσι χρ[ήμασιν ἐπὶ τῆς Τιμοκλέους ἀρχῆς καὶ ξυ]ναρχόντων·* ΤΡΗΗΗΔΗΗΗΙC.

Summarum pecuniae acceptae quae servata sunt et certa ratione suppleta quum coniuncta efficiant 189 t. 4920 dr., ducentorum talentorum notas adiciendas esse consummationi eius pecuniae in hiatu adparet.

Consummatio pecuniarum per quadriennium Ol. 88, 3 — 89, 2 acceptarum cum usuris (vs. 48—51). *Κεφάλαι[ον ἀν]αλώματος ξ[ύ]μπαντος .... ἐν τοῖς τέτταρσιν ἔ]τεσιν ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήν[αια* Ρ]ΗΗΔΔΔΔΡΤΤΧ. | --- *κεφάλαιον τόκου ξύμπαντος Ἀθη]ναίας ἐν τοῖς τέτταρσιν ἔτεσιν ἐ[κ Παν]αθηναίων ἐς Πα[ναθήναια ---].*

Summa pecuniarum annis primo altero quarto numeratarum quum sit 814 t. 1282 dr. 2½ ob. et paullo plus, certum est in consummationis defectu quingentorum talentorum notam positam fuisse; eam igitur addere non dubitavimus.

b) *Rationes pecuniarum eodem quadriennio e thesauro Minervae Victoriae erogatarum* (vs. 51. 52).

---- *Ἀθηναίας Νίκης ἐ[πὶ τῆς Ἀκαμαντίδο]ς πρυτανείας | [--- πρυτανευούσης, ---η τῆς πρυτα]νείας Τιμοκ[λῆς Εἰτεαῖος καὶ ξυ]νάρχοντες πα[ρέδοσαν --- τόκος τούτοις ἐγένετο ---]* vacante reliqua versus parte.

E Victoriae thesauro quum semel tantum extremo quadriennii anno numeratam esse pecuniam adpareat, non erat cur singulorum consummatio instituerentur.

II. *Rationes pecuniarum a quaestoribus reliquorum deorum numeratarum per idem quadriennium Ol. 88, 3—89, 2* (frg. *c* vs. 13—16. *d e f* vs. 1—28. *g* vs. 1—3).

Ex his thesauris uno quadriennii anno eoque bis erogata est pecunia; quem annum fuisse quadriennii extremum adeoque Ol. 89, 2, non solum inde colligitur, quod in calce indicis pensionum tantum, non annorum summae conficiuntur, sed etiam ex eo luculentissime adparet, quod usurae pecuniarum non ultra finem eius anni quo erogata est pecunia computatae esse deprehenduntur.

Praescripta (frg. *c* vs. 13—14). [Τάδε τοῦ τόκου(?) τοῖς ἄλλοις θεοῖς ὀφειλόμενα ἐλογίσαντο οἱ λογισταὶ ἐν τοῖς τέττ]αρσιν ἔτ[εσι | ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια].

Prima pensio (frg. *c* vs. 14—16. *d e* vs. 1—3. *f* vs. 1—7).

Frg. *c*. [Τάδε παρέδοσαν οἱ ταμίαι τῶν ἄλλων θεῶν, Γόργο]νος Ο[ἰνοβ|ίου Ἱππεὺς καὶ ξυνάρχοντες - - - στρατ]ηγοῖς . . . . . | - -.

Frg. *d* vs. 1 - - τόκ]ος τού[του - -, vs. 2 - - ασι ΤΤΧΧΧΧ[. . - τόκος τούτου - -, vs. 3 - - ΗΗΔΔΓΗΙ. τόκο[ς τούτου - -, vs. 4 - - ΔΗΗΗΙΙΙ. τόκ[ος τούτου - - vs. 5 - - τόκος τούτου - -]ΗΗΗΙΙΙΙC. Μουσ[ῶν - - τόκος τούτου - -, vs. 6 - - Ἀδραστ]είας ΡΔΔΔΓΗ. το[κος τούτου - -, vs. 7 - - τόκος τούτου -]C Ɔ. Ἀπόλλωνο[ς - - τόκος τούτου - -, vs. 8 - - τόκος τούτου - -] Ἡρακλέους ἐ[ν Κυνοσάργει - - τόκος τούτου - -, vs. 9 - - τόκος τούτ[ου - -, vs. 10 - - τόκος τούτου - - Ἀ]πόλλων[ος - - τόκος τούτου - -.

Quum duas solas pensiones factas esse constet, Musarum autem et Herculis in Cynosarge mentio recurrat infra in eorum deorum indice, e quorum thesauris altera pensio facta est, ad priorem haec nostra referenda esse facile est intellectu.

Frg. *e* et *f*. - - Δη]μοφῶντος [- - τόκος τούτου - - - -|- - - τόκο]ς τούτου ΗΔΔΓΗΗΗΙΙΙCƆ - - - -|- - - ς ΧΗΗΗΡΔΔΔΔΓΗΙΙΙ. τόκος τούτου Δ - - -| - - - Ἀθ]ηναίας ἐπὶ Παλλαδίῳ Δημον[ει]ῳ [- - τόκος τούτου -|- -]Η - - [τό]κος τούτου ΔΔC. Ποσειδῶνος Καλαυρε[ίτου - - τόκος τούτου | - - -].

Consummatio summarum pensionis prioris cum usuris (vs. 7—9). [Κεφάλαιον τ]οῦ ἀ[ρχαίου ἀναλώ]ματος τῶν ἄλλων θεῶν τῆς πρώτης δόσεω[ς ἐπὶ Γοργο|νου ἄρχοντος ΔΔ . . . .]ΗΡ[. . . . κεφάλ]αιον τόκου τούτῳ τῷ ἀναλώματι ΧΧΗΔΔ - -|- -].

Pensio altera (vs. 9—25). [Τάδε παρέδοσαν] οἱ τα[μίαι τῶν ἄλ]λων θεῶν Γόργωνος Οἰνείδου Ἱππεὺς [καὶ ξυνάρ|χοντες καθ' ἕκαστον τὸν θεὸν] ἀπὸ τῶ[ν ἑκάστου] ἐπὶ τῆς Λεοντίδος πρυτανείας δεκάτη[ς πρυτανευ|ούσης, - - -]τθεῖ οθ[. . . . . . ., εἰ]κοστῇ τῆς πρυτανείας·

Ἀρτέμιδος Ἀγρ[οτέρας . . | - - τόκος τούτου.] ΔΗΗΗΙΙ.
[Ἀφροδί]της ἐν κήποις ΤΤΡΗΡΔΔΓΙ. τόκος τούτου ΓΗ[ΗΗΙΙΙΙΙC.
. | - - - ΧΧΡΗ]ΗΗΔΔΔΔ[. . . . τούτου] τόκος ΗΙΙCƆ.
Διονύσου ΗΗΗΡΓΗΙ. τόκος το[ύτου ΙC.
. . . | - - - τ]όκος τού[του . .
Ποσει]δῶνος ἐπὶ Σουνίῳ ΤΤΤΤΧΡΔΔΓΗΗΙΙΙC. το[κος τούτου | ΔΗΗΗΙΙCƆ.
- - - ΧΧ]ΧΧΡΗΗΔΔ[ΔΔ . . . . τ]όκος τούτου ΗΗΙΙΙC.
Ἀρτέμιδος Μουνιχίας . . . . | - τόκος τούτου - -]ΙΙ.
Θησεία[ς ΡΗΗΗΓΗΗΙ]ΙΙΙC. τόκος τούτου ΙΙCƆ.
Ἰλισοῦ ΗΗΗΗΗΗ. τόκ[ος τούτου ΙC. |
- - - - - - - τ]όκος τού[του -
Ἡφαίσ]του ΤΧΡΗΗΔΔΔΔΓΗΗ. τόκος τούτου ΗΗ[Η]ΗΙΙC.
Ἀθ[ηναίας . . | - - - -]ΓΙΙ. τόκο[ς τούτου . . . . .]
Μουσῶν ΡΔΔΗ. τόκος τούτου ΙCƆ.
Θεοῦ ξενικοῦ . . . . | - - - τόκο]ς τουτου [. . .
Ἡρακλέ]ους ἐν Κυνοσάργει ΡΔΔΔ. τόκος τούτου C.
Δημο[φῶντος . | - - τόκος τούτου -].
Ἀθη[ναίας ἐν Παλλ]ηνίδι ΧΧΧΗΗΗΗΔΓΗΗΗΙ. τόκος τούτου ΗΙΙΙΙC.
Ἀ[. . . . . . . | - - - τ]όκο[ς τούτου .
Ἀρτέ]μιδος Βραυρωνίας ΗΗΗΡΗΗΗΙΙC. τόκος τούτου Ι[C.
. . . . . | - - - τόκος τούτου - C]Ɔ.
Ἀθηναίας ἐπὶ Παλλαδίῳ ΗΗC. τόκος τούτ[ου -
. . . . | - - τόκος τούτου -
- - -]ΔΗΗΗΙΙΙ. τόκος τούτου C.
Μητρὸς ἐν Ἄγρας ΗΗ[- - τό]κος τούτου -
- - - -]ΗΙ. τούτου τόκος C.
Ἀθηναίας Σωτηρίας Η[- - τό]κος τούτου -
- - - -]ΔΔΓΗΗ. τόκος τούτου ΙC.

Usurarum dies esse 17 intellexit Boeckhius indeque exempto pensionis die collegit extremam huius anni prytaniam dierum fuisse triginta septem. Idem pecuniarum et usurarum summas ex hac ratione computavit et supplevit probabiliter. Vs. 11 post πρυτανευούσης in hiatu δευτέρᾳ δόσει Μουν]υχιῶνι Θε[ρινῷ, εἰ]κοστῇ Boeckhius, quorum hoc verum videtur, pro illo malim Ἑλλανοταμίᾳ.

Consummatio pecuniarum alterius pensionis cum usuris (frg. *g* vs. 1—2. *f* vs. 25—27). Κεφάλαιον τοῦ ἀρχ[αίου ἀναλώ]ματος τῶν ἄλλων θεῶν τῆς δευ]τέ[ρας δόσε]ως ἐπὶ Γοργώνου ἄρχοντος ΔΔΤΤΤΡΡΗΗΗΗ[. . . . . . . | . . . . . κεφάλαιον τόκου τού]τῳ [τῷ ἀργ]υρίῳ ΡΔΔΔΗΗ.

Consummatio pecuniarum utriusque pensionis cum usuris (frg. *g* vs. 3. *f* vs. 27—28). Κεφάλαιον ἀναλώματος τοῦ ἀ[ρχαίου ξ]ύμπαντος τῶν ἄλλων θεῶν Ρ . . .]ΤΤΡ[. . . . . . .]ΡΔΔΔΓΗΗ. κεφάλαιον τόκου ξύμπαντος το[ύτῳ τῷ | ἀργυρίῳ ΧΧΗΗ - - -] vacante reliqua versus parte.

III. *Computatio usurarum, quae pro pecuniis per septem annos priores Ol. 86, 4 — 88, 2 erogatis succreverunt quadriennio hoc extremo Ol. 88, 3 — 89, 2* (frg. *g* vs. 4—15. *h* vs. 1—3. *f* vs. 29—40).

Notandum in hac extrema inscriptionis parte minus adcurate iustum litterarum ordinem observatum esse.

a) *Usurae pecuniarum Minervae Poliadis* (frg. *g* vs. 4—6. *f* vs. 29—31). [Τάδε ἐλογίσαντο οἱ λογιστ]αὶ ἐν τ[οῖς τέτ]ταρσιν ἔτεσιν τόκον τοῖς τῆς θεοῦ, ἃ οἱ πρό[τεροι λο|γισταὶ λελογισμένα παρέ]δοσαν [ἐν τοῖς ἑ]πτὰ ἔτεσιν, τόκον τετρακισχιλίοις ταλά[ντοις . . | - - - - ε]ς πεντα[κοσίαις εἴ]κοσι δυοῖν δραχμαῖν. τούτοις τόκος ἐγέ[νετο . . . | - - -] vacante reliqua versus parte.

b) *Usurae pecuniarum e reliquorum deorum thesauris erogatarum* (frg. *g* vs. 7—10. *f* vs. 32—35). [- - - - τοῖς ἄλ]λοις θεο[ῖς ἐν τοῖς τέ]τταρσιν ἔτεσιν, ἃ οἱ πρότεροι λογι[σταὶ λελ|ογισμένα παρέδοσαν ἐ]ν τοῖς ἑπ[τὰ ἔτεσιν, πε]ντακοσίοις ταλάντοις διακοσίοις τ[αλάντοι|ς - - - ταλάντοι]ς ἓξ ταλ[άντοις χιλί]αις ἐνενήκοντα δραχμαῖς πέντε δραχ[μαῖς. τόκ|ος τούτοις ἐγένετο ἐν τοῖ]ς τέτταρσ[ιν ἔτεσιν.] ΔΔΡΤΤΧΧΗΗΗΔΔΔΓΗΗΗΙΙC, vacante reliqua versus parte.

Recte Boeckhius haec non ita posse suppleri intellexit, ut usurarum modus idem esse statueretur atque quem per quadriennium Ol. 88, 3 — 89, 2 adhibitum esse constaret pecuniis per eos annos erogatis. Unde consequens est nobis iudicibus, ut circa tempora Ol. 88, 3 inmutatum esse illum modum existimemus et pro eis pecuniis, quae per septem qui praecesserunt annos acceptae fuerunt, non solum alias usuras easque grandiores dari solitas usque ad annum Ol. 88, 3 statuamus, sed etiam post eum annum inminuto fenore retentas, ne fidem fefellisse respublica videretur.

c) *Usurae pecuniarum Minervae Victoriae* (frg. *g* vs. 11—13. *h* vs. 1 *f* vs. 36—38). [- - - -]ς Ἀθηναία[ς Νίκης ἐ]ν τοῖς τέτταρσιν ἔτεσιν, ἃ οἱ πρότ[εροι λογι|σταὶ λελογισμένα π]αρέδοσαν ἐ[ν τοῖς ἑπτὰ] ἔτεσιν, εἴκοσι ταλάντοις δυοῖν τα[λάντοιν . . | - - - - κον]τα δραχμ[αῖς] ἑπτὰ [δραχ]μαῖς δυοῖν ὀβολοῖν, ΤΡΡΔΔΔΔΗΗΙ, vacante reliqua versus parte.

Haec speciose ita computavit Boeckhius, ut fenus idem fuisse poneret quod per quadriennium extremum obtinuisse scimus, pecuniam autem acceptam 22 t. 1990 dr. 2 ob., quae sane possunt hiatuum spatiis adaptari; unde conclusit quadriennium hoc cuius usurae computantur fuisse dierum 1476. At cum hac ratione neque octonarius numerus convenit, quem sistit frg. *h* a Boeckhio neglectum, et quadriennium hoc fuisse Ol. 88, 3 — 89, 2 adeoque dierum potius 1448, vel si pensionis dies eximantur 1447, iure nobis videmur statuisse. Quo concesso etiam noster locus documento esse debet aliquanto grandiores fuisse usuras septennio quod praecessit reddi solitas et reddendas etiam in posterum pro pecuniis illa aetate iniquiore condicione erogatis. Ceterum Ἀθηναίας Νίκης notandum est lapicidam scripsisse litteris trium locorum spatio diductioribus; neque enim Ἀθηναίας τῆς Νίκης praeter consuetudinem hoc loco exaratum fuisse ausim conicere.

d) *Usurae pecuniarum, quarum qualis condicio fuerit nescitur* (frg. *g* vs. 14—15. *h* vs. 2—3. *f* vs. 39—40). - - - - - ταμιον ἐν [τοῖ]ς τέτ[ταρσι]ν ἔτεσιν, ἃ οἱ πρότεροι λογισταὶ λ[ελογισμ|ένα παρέδοσαν ἐν τοῖς ἑ]π[τὰ] ἔ[τεσι]ν, ταλάν[τῳ] τετρακοσίαις ἐνενήκοντα δραχμαῖς [. . . . . . . | - - - -] vacante reliqua versus parte.

Haec quoque pertinere ad usuras quattuor annorum pro pecuniis quibusdam pendendas, quae eodem septennio cameratae fuerunt, in aperto est. Obscura vero cetera; neque enim *τεμων* quid sibi vellet ut adsequerer mihi contigit et in eis quae sequuntur huius summae rationem nullam habitam esse iure meritoque mireris.

IV. *Consummatio pecuniarum per septennium Ol. 86, 4 — 88, 2 et quadriennium Ol. 88, 3 — 89, 2 i. e. per undecim annos mutuo acceptarum cum usuris* (frg. *h* vs. 4—13. *f* vs. 41—45).

a) Frg. *h* vs. 4. *f* vs. 41. - - - *ἐν] ἕνδεκα ἔτεσιν*, ΔΔPTTTXXXPΔΔ-ΔΔΓ⊦⊦⊦II, vacante reliqua versus parte.

Hanc summam esse conicimus pecuniarum Minervae Victoriae; quae summa quum composita sit ex eis quae septem prioribus annis numeraverant quaestores 22 t. - - 8 dr. 2 ob. et eis quae extremo quadriennii anno erogata esse perhibentur supra, consequens est, ut summam quae perscripta erat frg. c vs. 12 h cuiusque numeri in hiatu perierunt circiter quinque talentorum fuisse existimemus.

b) Frg. *h* vs. 5 summam habuit usurarum pro his pecuniis debitarum per annos eosdem undecim. Numerorum non restant nisi extrema; reliqua pars versus vacabat.

c) Frg. *h* vs. 6. *f* vs. 42. - - - - *τῶ(ν) ἀρχαίων [ὀφ]ειλόντων* XXXX-PHHΔΔΔΔPTTTPPH - -.

Summa haec est haud dubie pecuniarum Minervae Poliadis, composita illa e summis septennii et quadriennii. Huius supersunt 247 t. 1000 dr., illius 4000 t. 522 dr. Quibus comparatis verisimile est septennii pecunias fuisse 4001 t. 1522 dr., quadriennii 747 t. 4178 dr., ut utrarumque summa fuerit 4748 t. 5700 dr., nostro versui restituenda.

d) Frg. *h* vs. 7. *f* vs. 43. - - - - *ἐν] ἕνδεκα ἔτεσ[ιν]* XHHΔΔΔΔTTT-XXXPHHHH - -, vacante reliqua versus parte.

Suspicamur hanc usurarum esse summam pro pecuniis Poliadis debitarum, quae per undecim annos accreverat. Quae si vera est suspicio, etiam hinc intellegi poterit aliquanto maiore fenore per septem priores annos erogari solitas esse pecunias; quibus annis si quadriennii quod insecutum est rationes valuissent, usurarum summa longe minor fuisset futura.

e) Frg. *h* vs. 8. *f* vs. 44. - - - - *Ἀθηναίας Νίκης καὶ] Πολιάδος* [XXXX]PHHPΔΔPTTXXXHH - -.

Summa haec procul dubio pecuniarum Minervae Poliadi et Victoriae debitarum, quarum huius cum fuerint 28 t. 3548 dr. 2 ob., illius si recte coniecimus supra 4748 t. 5700 dr., utrarumque summa erit 4777 t. 3248 dr. 2 ob., ut extremo versu hausta esse existimanda sint ΔΔΔΔΓ⊦⊦⊦II.

f) Frg. *h* vs. 9. *f* vs. 45. - - - - *Πολιά]δος καὶ Νίκ[ης τόκ]ου* XHHΔΔΔΔPTTT - - -.

Summa usurarum Poliadis et Victoriae composita illa ex eis, quae frg. *f* vs. 43 fere integra leguntur eisque quae frg. *h* vs. 5 in hiatu interciderunt praeter extrema.

g) Frg. *h* vs. 10. - - - *τοῦ ἀρχ]αίου ἐν ἕνδεκα [ἔτεσιν - - -]*.

Videtur hic versus summam pecuniarum, quae reliquis deis debebantur, complexus fuisse, qui proxime sequitur, earundem usuras:

h) Frg. *h* vs. 11. - - - - *ἐ]ν ἕνδεκα ἔτεσ[ιν - - - -]*.

i) Frg. *h* vs. 12. - - - - *ἅπ]ασι τοῖς θε[οῖς* - - - et k) frg. *h* vs. 13. - - - - *ἐν] ἕνδεκα ἔτεσ[ιν - -]*.

Adparet hos versus habuisse consummationes pecuniarum, quae deis debebantur, cum usuris, ut extremi hi versus totius monumenti essent habendi, si exeunte anno Ol. 89, 2 haec computatio fuisset instituta. Si autem recte supra coniecimus aliquot post annis Ol. 90 laterculum esse confectum, versus si non multos attamen aliquos intercidisse statuamus necesse est. Computandae enim etiam horum annorum erant usurae, hisque additis omnium usurarum suprema summa conficienda.

CLASSIS QVARTA.

TABVLAE POLETARVM.

274 Fragmentum marmoris Pentelici undique ut videtur mutilum, quod altum fuisse dicitur 1 ped. 7 poll., latum 1 ped., crassum 3 poll. Angl. idemque valde detritum. Erutum est in aedibus Athanasii Surpii ad aedem *τῆς Ὑπαπαντῆς*, post a Georgio Cantacuzeno emtum in eiusque domum translatum mox frustra quaesitum est, ut periisse lapidem suspicio sit. Edidit ex sui apographi fide Pittakis l'ancienne Athènes p. 38 (hinc Rangabé 348) [1]), iterum ex eodem vel adcuratius inspecto vel etiam de coniectura correcto Eph. 1125.[2]) Itaque utrumque exemplum infra exhibendum esse indicavimus.


1

. . . IIIH XHHHHHΔPYINONKHYINONKAIOIKIAEN . . .
KAIHIΘOIHIIIENTEIOIKIAI
. . . . HH HΔΔΔH⊦KYΔIMAXONΣOLONAΔEIMANTO . . .
KEΦAIAIONΣYMHANHHHH⊦ ⊦ ⊦ ⊦
ATEEHPAΘEEHITHΣEPEXΘEIΔOΣEBΔOMHΣHPYTANEYOTΣHΣ
AMENIONOΣEBΔOMHIIΣTAMENOAIXΣIOXOTOALKIBAΔOΣKA
. . . . ⊦ ⊦ HHHΔΔΔΔH ELAΣANEI
ENATEIΦΘINONTOΣAΣXALLIONOΣAXΣIOXOTOALKIBIAΔO
. . . . III HΔΔΔ MEΣΣENIOΣANEP
EKTEIΦΘINONTOΣΔAMELIONOΣAΔEIMANTOTOLEYKOLOI
. . . ⊦ I EHIKAPHIATEΣMEΣTEΣENOΦPYNEIOIEKEKPΩ . . .
KEΦALAIONΣYMHAN HHH ΓΔΔΔH ⊦ ⊦ ⊦ ⊦ III
TOMHEPIAMΦOTEPAΔAMELIONOΣEKTEIΦΘINONTOΣ
EYΦHETOTIMOΘEOKYΔAΘE[NAIEYΣ]
. . . . III HH OIKIΔEΣΣEMAXI . . .
. . . ⊦ III HH XOPIONEAAANI
. . . . . ⊦ ⊦ IIHH XOPIONEMMYN . . . . NTOΣΦOΣTOI.KM
XOPION ΦIΔIANOY
KEΦAAAIONΣYMHAN: HHHH . . . . ⊦
KEΦAAAIONAMΦOTEPOIIHHHHHΔH
. . . .

2

IIIΗ ΧΡΗΗ ΔΡΥΙΝΟΝΚ ΓΥΙΝΟΝΚΑΙΟΙΚΙΑΕΝ
ΚΑΙΓΙΘΟΙΓΙΙΙΕΝΤΕΙΟΙΚΙΑΙ
ΗΗ ΗΔΔΔΓͰ ΚΥΔΙΜΑΚΟΝΣΟΛΟΝΑΔΕΙΜΑΝΤΟ
ΚΕΦΑΛΑΙΟΝΣΥΜΓΑΝΡΡͰͰͰͰ
ΑΔΕΕΓΡΑΘΕΕΓΙΤΕΣΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣΕΒΔΟΜΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΥΣΕΣ
ΑΜΕΛΙΟΝΟΣΕΒΔΟΜΕΙΙΣΤΑΜΕΝΟΑΧΣΙΟΚΟΤΟΑΛΚΙΒΙΑΔΟΣΚΑ..
ͰͰ ΗΡΔΔΔΓ ΕΛ.ΟΣΑΝΕΡ
....ΕΝΑΤΕΙΦΘΙΝΟΝΤΟΣΑΣΧΑΛΛΙΟΝΟΣΑΚΣΙΟΚΟΤΟΑΛΚΙΒΙΑΔΟ
III ΗΔΔΔ ΜΕΣΣΕΝΙΟΣΑΝΕΡ
....ΕΚΤΕΙΦΘΙΝΟΝΤΟΣΛΑΜΕΛΙΟΝΟΣΑΔΕΙΜΑΝΤΟΤ.ΛΕΥΚΟΛΟͰ
Ͱ I ΕΓΙΚΑΡΓΙΑΤΕΣΛΕΣΕΝΟΦΡΥΝΕΙΟΙΕΚΕΚΡΟ.
ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΣΥΜΓΑΝΗΗΗΡΔΔΓͰͰͰͰIII
ΤΟΝΓΕΡΙΑΜΦΟΤΕΡΑΛΑΜΕΛΙΟΝΟΣΕΚΤΕΙΦΘΙΝΟΝΤΟΣ
..ΕΥΦ.ΕΤΟΤΙΜΟΘΕΟΚΥΔΑΘΕ
III ΗΓ ΟΙΚΙΑΕΣΣΕΜΑΧΙ
ͰIII ΗΓ ΚΟΡΙΟΝΕΛΛΑΝΙ
ͰͰIII ΗΗΓ ΧΟΡΙΟΝΕΜΜΥΝ. Ν.ΤΟΣΤ.Α'.Κ'Α
I ΚΟΡΙΟΝΦΙΔΙΑΝΟΥ
ΚΕΦΑΛΑΙΟΝΣΥΜΓΑΝ:ΗΗΗΗ..Ͱ
ΚΕΦΑΛΑΙΟΝΑΜΦΟΤΕΡΟΡΗΗΗΔIII

275 Fragmentum marmoris Pentelici a lateribus sinistro et posteriore integri, a reliquis partibus mutilati, a. 0,17—20, l. 0,18, cr. 0,9, erutum ad aedem τῆς Ὑπαπαντῆς. Edidit Pittakis Eph. 1142 (inde Rangabé 2254). In stoa Hadriani exscripsit Koehler.



Var. lect. Vs. 1 ΙͰΛC Pittakis || vs. 9 in. ΛΔΟΕΙ idem || vs. 12 ΤΑΙΣΤ idem || vs. 17 ΓΕΜΓΤΕΙΚΑΙ, omissis quae sequuntur litterarum vestigiis, idem.

276 Fragmenta duo marmoris Pentelici ab omnibus partibus mutila. — *a* a. 0,24, l. 0,14, cr. circa 0,14, repertum in arce, si fides habenda ei, qui unus adhuc edidit, Rangabé 349. Exscripsere Velsen et Koehler, qui in superiore margine vacare trium fere versuum spatium adnotant. — *b* in museo societatis archaeologicae, in quo est n. 181, exscripsit Koehler.

b

a ΚΑΙΛ
vac.
ΤΟΤΟΛΕ ΟΛΟΦΙΔΟΣΚΛ
ΑΝΕΓ ΙΣΤΟΜΑΚΟΣ
ΑΛΡΟΣ ΘΑΣΟΙΕΝΙ
ΗΗΡ ΚΑΙΟΙΚ
ΕΓΕΣΤΙΝ ΟΙΕΝΙ
ΗΥΑΙΕΣΔ ΑΘΡC
ΕΓΙΘΕΜΑ
ΗΡ.ΔΔIIII ΟΙΝΟΑΜΦΟ
ΡΗΔΔΔΔΤΡ
ΑΝΑΙΤΙΟ
ΟΙΝΟΑΜΦΟΡ
ΔΔ ΚΑΘΑΡΟΗIIIIΕ
ΣΜΕΝΕΕΝΤΟΙ
ΗΡΔ ΤΟΙΕΝΙ
ΒΟΕΕΡ
ΒΟΕΔ
ΛΔ Π

Var. lect. *a* vs. 2 litteram primam, quae Γ est apud Velsenum, om. Rangabé; eam potius Τ videri fuisse quam Γ adnotavit Koehler || vs. 3 ultima littera aut Ε aut Θ aut Ρ fuit teste Koehlero || vs. 8 ΕΓΙΘΕΜΑΙ Velsen || vs. 9—10 integris numeris ΗΡΔΔΔΔ Rangabé, ΗΡΔΔ Velsen, nullos notans hiatus || vs. 13 extrema littera C est apud Rang., Σ apud Velsen. || vs. 18 Γ Velsen, neglexit Rangabé.

277 Tabula marmoris Pentelici, a. 0,34, l. 0,22, cr. 0,11, reperta *ἐν τῇ ἰσοπεδώσει τῆς μικρᾶς πλατείας τῆς γενομένης μεταξὺ τοῦ μεγάλου στρατῶνος καὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν Ταξιαρχῶν, τῆς κειμένης παρὰ τὴν πύλην τῆς ἀγορᾶς.* Adservatur nunc in turri ventorum. Lapis a sinistra integer, a reliquis partibus mutilus. Edidit et inlustravit Koehler in Actt. menstr. acad. Berol. 1865. p. 541 seqq. Idem misit ectypon. Repetiit quattuor annis post Eustratiades Eph. n. 409, ineditam ratus.

ΙΙ ΔΠ⊦⊦⊦ ΕΠΙΚΑΙ...
ΘΡΙΑΙ
ΙΙ ΔΔ ΕΠΙΚΑΡΠΙΑ
ΑΘΜΟΝΟΙ
ΚΕΦΑΛΑΙΟΝΣΥΝΕΠΟΝΙ
ΧΧΧΧΡΗΗΔΔ⊦⊦⊦ΙΙΙΙΙ
ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΤΟΔΙΟ
ΑΛΚΥΛΕΘΕΝ
//-⊦Ι ΗΗ⊦⊦ ΠΙΣΤΟΣ
////// ΔΔΔΔΗ// ΕΠΙΚΑΡΠΙΑΑΛ
ΚΥΛΕΣΙ
ΚΕΦΑΛΑΙΟΝΣΥΝΕΠΟΝΙC
ΗΗΔΔΔΔΠ⊦⊦Ι
ΚΕΦΙΣΟΔΟΡΟΜΕΤΟΙΚΟΕΜΠΕΡΑ
⊦- ΗΡΔΠ ΘΡΑΙΤΤΑ
⊦ΙΙΙ ΗΔΔΔΠ ΘΡΑΙΤΤΑ
/////⊦ ΗΡΔΔ ΘΡΑΙΧΣ
///-⊦Ι/////// ΗΔΔΔΔ ΣΥΡΟΣ
////ΙΙ ΗΠ ΚΑΡ
⊦⊦ Η///Δ⊦ ΗΙΛΛΥΡΙΟΣ
⊦⊦ΙΙΙ Η///ΔΔ ΘΡΑΙΤΤΑ
⊦ΙΙΙ ΗΔΠ ⊦ΘΡΑΙΧΣ
⊦ΙΙΙ ΗΔΔΔΔ⊦⊦⊦ ΣΚΥΘΕΣ
⊦ΙΙΙ ΗΔΔ⊦ ΗΙΛΛΥΡΙΟΣ
⊦⊦ ΗΡ⊦⊦⊦ ⊦ΚΟΛΧΟΣ
.⊦ ΗΡΔΔ⊦⊦⊦ ΚΑΡΠΑΙΣ
⊦ ΡΔΔ⊦⊦ ΚΑΡΙΚΟΝΠΑΙΔΙΟΝ
/-⊦⊦Ι ΗΗΗ⊦ ΣΥΡΟΣ
///⊦ ΗΠ⊦ ΜΕΛΙΤΤ
Ρ ΙΥΛ

Var. lect. Vs. 1 ΔΠ⊦⊦⊦ || vs. 10 in. ///⊦ || vs. 18 in. ⊦⊦ΙΙ//ΗΗΔΔΔΔ || vs. 26 in. ⊦⊦ || vs. 30 //- ΠΑΑ Eustratiades.

278 Frustum marmoris Pentelici, quod repertum esse videri pone Propylaea arcis dicit is, qui exscripsit, Koehler. A versu inde primo ad quintum neque in sinistra parte cernitur spatium vacuum.

ΟΙΝ
ΟΙΝ
ΟΧΣΟ
vacat ΕΛΑΙΟΣ
ΕΛΑΙΟΣ
ΛΑΚΟΝ
ΥΡΟΝΦ
ΥΡΟΝΦ.Ο
ΥΡΟΝΦ
ΥΡΟ
ΡΟ

279 Fragmenta duo lapidis Pentelici ab omnibus partibus mutila, eruta ambo in arce ad Erechtheum. — *a* a. 0,235, l. 0,13. Edd. Pittakis Eph. 1048. 2099, Rangabé 344. Exscripsit Koehler. — *b* Ed. Pittakis Eph. 474 (Rangabé 287).

a
ΟΛΛ
//ΔΔΠΙΙ
ΕΙΤΟΝ

b
ΟΙΤΟΦΙΛΟ | ΣΙΔΕΡ
ΣΕΣΤ/ΟΙΛΥ | ΑΣΙΟΙ////
ΠΛΕΘΡΑΙΔΔ | ΙΙΚΑΙΟΙΚΙΑ
ΛΟΡΟΙΠΡΟΣΛ | ΕΟ
. . . ΒΟΛΕΥΤ | ΕΡΙΟΝΙΜΟΡΙΜΟ
. Ι . ΑΛΟΡΑ | ΙΕΡΜΑΛΟΡΟΥ
ΒΑΛΑΝ | ΟΣΙ
Τ

280 Fragmentum angulare marmoris Pentelici, quod erutum esse dicitur ad Erechtheum, a. 0,26. Partem sinistram crassam esse 0,10, dextram 0,11 adfirmant Pittakis et Rangabé, quorum ille addit lapidem videri triquetrum fuisse; lapidem crassum esse 0,11, partem autem aversam scriptura vacare adnotavit Koehler. Edd. Pittakis l'anc. Ath. p. 304. 305. Eph. 4078, Rangabé 130. Exscripsit Koehler.

ΛΟΝΙΡ | ////ΧΧΑΡΙ
ΕΔΥΟ | Λ
ΝΤΑΚΙΣ |
Ε
ΕΙΝΙΔC | ΣΠΤΕΛΕΙΝΑΔ
ΤΑΚΥΠΑ | ΡΙΤΤΙΝΑ
ΦΛΟΧΣ | ΙΣΚΑΙΦΙΛΟΝ
ΧΣΥΛΑ | ΠΤΕΛΕΙΛ
vac. | vac.

281 Fragmentum marmoris Pentelici angulare, a tribus partibus mutilum; lateris sinistri quae pars servata est, scriptura vacat. Sub Propylaeis exscripsit Koehler.

| ΛΙΔΙ
| ΟΝΤ
| Δ
| ///ΔΟ
| /ΡΟΣΙ/
| ΙΟΗΟ
| Δ
| ΟΔΟΝ
| ΣΡΧΧ
| ΟΔΟΝΗ/
| ΔΔΔ
| ΟΗΟΛ

Catalogi hi sunt bonorum publicatorum, quos a Poletis confectos et publice propositos esse consentaneum est. Et fragmenta quidem 274—276 ad Hermocopidas referenda esse demonstravi in commentatione quae inserta est Iahnii Ann. phil. et paed. 1860 p. 238 seqq., idem valere de fragmento 277 significavi in Actt. menstr. acad. Berol. 1865 p. 545 not. Unde consequens est, ut omnia haec litteris perscripta esse paullo post annum Ol. 91, 2 ineuntem statuamus. Sed non eiusdem videntur esse et anni et lapidis; nam et versus frg. 277 breviores longe fuisse reliquis manifestum est, nec rerum in omnibus idem ordo ac dispositio observatur. Itaque de singulorum fragmentorum temporibus certi nihil statui potest nisi hoc unum, fragm. 274 non pertinere ad ipsum annum Ol. 91, 2. Quo quum constet Erechtheidis fuisse prytaniam secundam, non potuere bona publicata prytania Erechtheidis vendi mense Gamelione, ut perhibet diserte fragm. 274. Quamvis igitur prytaniae numerum, qui in eodem fragmento memoratur septimus, corruptum esse propter

alias causas sit maxime probabile, tamen non secundam fuisse eo anno, quo scriptum est frg. 274, Erechtheidis prytaniam certo constat; unde referendum id esse ad unum eorum, qui Ol. 91, 2 proxime secuti sunt, annorum intellegitur. Contra nihil omnino obstat quominus reliqua fragmenta anno Ol. 91, 2 tribuamus. Summarum, quae in marginibus sinistris notantur, duplex genus est: alterum pretiorum, quae pro bonis divenditis soluta sunt ab emtoribus, alterum eponiorum, quae ab eisdem emtoribus in aerarium exigebantur, id quod discimus e frag. 277. Nam in fragmento 274 quamquam exstitisse item persuasum est ipsum eponiorum nomen, neglegentia tamen eius qui exscripsit oblitteratum est, quippe qui vs. 4. 12. 19 pro eo quod in lapide fuisse videtur ΣΥΝΕΠΟΝ scriptura abbreviata, constans quidem sibi, sed temere legerit ΣΥΜΠΑΝ, quo facile caremus. Ceterum huius vectigalis eam fuisse legem perspexit Koehler, ut pro pretii drachmis 1—4 penderetur obolus unus, pro drachmis 5—50 triobolum, pro drachmis 50—100 drachma una; unde corruptas numerorum notas in frag. 274 certa ratione corrigere licuit plurifariam.

Denique fragm. 278 causa coniuncta quidem esse potest cum praecedentibus, sed non existimanda est necessario; contra fragm. 279 manifesto et paullo est ceteris antiquius et diversi plane generis; videntur enim in eo fundorum venditorum terminationes fuisse additae. Eiusdem lapidis fuisse fragm. 280. 281 suspicari licet.

274 Vs. 1 numeri pertinere videntur ad ea quae praecesserant. Pretium est drachmarum 1800 vel 1700, ut eponiorum numerum fuisse consentaneum sit aut ΔΓ⊦⊦⊦ aut ΔΓ⊦⊦.

Vs. 1—3. Δρυ[μ]ὸν κ[αὶ] π[ρ]ινὼν καὶ οἰκία ἐν - - | καὶ πίθοι ΓΙΙΙ ἐν τῇ οἰκίᾳ, [ἃ ἀπεγράφη ὁ δεῖνα] | Κυδιμάχου [ὀφεί]λων Ἀδειμάντω[ι]. Pretium solutum dr. 138, ut eponia fuerint non ΗΗ, sed ⊦ΙΙΙ. Vendita haec nempe sunt e bonis Adimanti.

Vs. 4. Κεφάλαιον σὺ[ν ἐ]π[ω]ν(ίοις). Numeri ita corrupti, ut restitui certa ratione nequeant.

Vs. 5. 6. [Τ]άδε ἐπράθη ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηίδος ἑβδόμης (?) πρυτανευούσης, | [Γ]αμηλιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου· Ἀξιόχου τοῦ Ἀλκιβιάδου Σκα[μβωνίδου].

Vs. 7. Ἠλ[εῖ]ος ἀνήρ. Pretium solutum dr. 195 aut 185, pro quibus eponia data ⊦⊦.

Vs. 8. Ἐνάτῃ φθίνοντος [Γαμη]λιῶνος· Ἀξιόχου τοῦ Ἀλκιβιάδου [Σκαμβωνίδου].

Vs. 9. Μεσσήνιος ἀνήρ. Pretium solutum dr. 130; itaque eponia fuere [⊦]ΙΙΙ.

Vs. 10. Ἕκτῃ φθίνοντος Γαμηλιῶνος· Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολο[φίδου Σκαμβωνίδου].

Vs. 11. ἐπικαρπία τῆς γῆς τῆς ἐν Ὀφρυνείῳ [τῆς Τ]ρω[ικάδος?]. Pretii numerum ratiocinatione effici potest fuisse dr. 81 aut 51; itaque recte habet eponiorum numerus ⊦.

Vs. 12. Κεφάλαιον σὺ[ν ἐ]π[ω]ν(ίοις) ΗΗΗ𐅄ΔΔΓ⊦⊦⊦⊦ΙΙΙ.

Vs. 13. Τῶμπερὶ ἀμφότερα (quo quid significetur mihi non compertum) Γαμηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος.

Vs. 14. Εὐφ[ιλ]ήτου [τοῦ] Τιμοθέου Κυδαθη[ναιῶς].

Vs. 15. οἰκία ἐν Σημαχι[δῶν]. Pretium dr. 105, ut eponia fuerint [⊦]ΙΙΙ.

Vs. 16. χωρίον ἐγΓαν - -? Pretium datum dr. 105, ut recte habeat eponiorum numerus ⊦ΙΙΙ.

Vs. 17. χωρίον ἐμΜυ[ρρινούττῃ, καὶ ἀγ]ρὸς [κ]αὶ [ο]ἰκία. Pretium ex iteratae editionis fide datum dr. 205 et eponia dr. 2½, quae per se spectata possint videri recte se habere. At tunc fundi, qui versu sequente memoratur, pretium fuisse statuendum esset dr. 10, quae summa iusto minor esse deprehenditur. Itaque collata procedosi restituendus potius videtur pretii numerus ΗΓ, eponiorum ⊦[Ι]ΙΙ.

Vs. 18. χωρίον - - -. Pretium non potest non fuisse dr. ΗΔ, eponiorum numerus ⊦ΙΙΙ.

Vs. 19. κεφάλαιον σὺ[ν ἐ]π[ω]ν(ίοις) ΗΗΗΗ[ΔΔΔ]⊦.

Vs. 20. κεφάλαιον ἀμφοτέρων (l. e. vs. 12 et 19) 𐅅ΗΗΗΔΙΙΙ.

275 Vs. 1. - - - καὶ] εἰκο[στῇ τῆς πρυτανείας].

Vs. 2. Ἀξιόχου τοῦ [Ἀλκιβιάδου Σκαμβωνίδου].

Vs. 3. Κεφ[αλλὴν ἀνήρ?]. Pretium dr. 195, ut eponia fuerint [⊦⊦].

Vs. 4. Ἀδειμάντου [τοῦ Λευκολοφίδου Σκαμβωνίδου].

Vs. 5. Σάτ[υρος]. Nomen id servi fuisse videtur, qui emtus est dr. 170, pro quibus pensa eponia dr. 2.

Vs. 6. 7. κεφάλαιον [- - -] | κεφάλαιον σὺ[ν ἐπωνίοις - - -]. Priore versu summa pretiorum sola scripta fuit, altero eadem repetita additis eponiis.

Vs. 8. 9. Τάδ' ἐπράθη ἐπὶ τῆς Ἀντιο[χίδος - - - ς πρυτανευούσης] | ὀγ[δ]όῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρ[υτανείας].

Vs. 10. Ἀξιόχου τοῦ Ἀ[λκιβιάδου Σκαμβωνίδου].

Vs. 11. 12. ἡ ἐ[πικαρπία? - - | ταις - - -. Pretium dr. 20, pro quibus pensum triobolum.

Vs. 13. Οἰωνίου τοῦ Οἰωνο - - - -.

Vs. 14—16. ἐν τῇ[ς - - - | ψυθ - - - | ἀμφ - -. Pretium dr. 21, pro quibus pensum triobolum.

Vs. 17. πέμπτῃ καὶ εἰ[κοστῇ (si recte vestigia litterarum notavit Koehler; exspectaveris potius τριακοστῇ) τῆς πρυτανείας].

276 Fragmenta haec ita componenda esse, ut fecimus, quamquam non certum, admodum tamen videtur esse probabile. Vs. 1 - - - καὶ ε[ἰκοστῇ τῆς πρυτανείας].

Vs. 2. [Ἀδειμάν]του τοῦ Λε[υκ]ολοφίδου Σκα[μβωνίδου].

Vs. 3. ἀνὴρ [Ἀρ]ιστόμαχος. Servus is fuisse videtur. Pretii et eponiorum notationes deletae.

Vs. 4. 5. ἀγρὸς [ἐν] Θάσῳ ἐν - - | καὶ οἰκ[ία]. Pretium datum dr. 250; itaque eponia fuere ⊦⊦ΙΙΙ.

Vs. 6—8 additamentum videntur continere referendum ad ea quae praecedunt: ἄκεστιν· [πίθ]οι ἐν - - | ὑγιεῖς Δ[Δ . .] ἄθρε[ι ?] | ἐπιθήμα[τα ἔχοντες].

Vs. 9. 10. οἴνου ἀμφο[ρῆς - - -] | 𐅅[Η]ΔΔΔΔ τρ - - -. Pretium pro his datum dr. Η𐅅[Δ]ΔΔ ., ut eponia fuisse adpareat ⊦⊦.

Vs. 11. [Π]οντικίου.

Vs. 12. 13. οἴνου ἀμφορ[ῆς -] | καθαροῦ ΗΙΙΙ - - -. Pretii numeri hic et vs. 17 vix integri.

Vs. 14—15. σμήνη ἐν τῷ [ἀγρῷ] | τῷ ἐν Ἰκ - -.

Vs. 16. 17. Βόε ἐρ[γάτα -] | Βόε δύ[ο -.

277 Vs. 1. 2. ἐπικαρπί[α] | Θρᾷα. Pretium dr. 18, ut eponia fuerint [Ι]ΙΙ.

Vs. 3. 4 ἐπικαρπία | Ἀθμονοῖ. Pretium dr. 20; itaque eponia fuerunt item [Ι]ΙΙ.

Vs. 5. 6. κεφάλαιον σὺν ἐπωνί[οις] | ΧΧΧΧ𐅅ΗΗΔΔ⊦⊦⊦ΙΙΙΙΙ.

Vs. 7. 8. Πολυστράτου τοῦ Διο - - - | Ἀγκυλῆθεν.

Vs. 9. Πίστος. Nomen id servi fuisse videtur, qui emtus est dr. 202, pro quibus pensa [⊦]⊦.

Vs. 10. 11. ἐπικαρπία Ἀγ[κ]υλῆσι. Pretium dr. aut 41 aut 42, ut eponia fuerint omnino ΙΙΙ.

Vs. 12. 13. κεφάλαιον σὺν ἐπωνί[οις] | ΗΗΔΔΔΔΓ⊦⊦Ι. In numeris notandis erratum videtur, quum in unum coactis pretiis cum eponiis vs. 9 et 10 efficiantur dr. aut 245 aut 246 ob. 4, non 247 ob. 1.

Vs. 16. Κηφισοδώρου μετοίκου ἐμ Πειραι[εῖ]. Sequitur servorum Cephisodori divenditorum catalogus vs. 15—30: Θρᾷττα dr. 165, epon. ⊦[⊦]; Θρᾷττα dr. 135, epon. ⊦ΙΙΙ; Θρᾷξ dr. 170, epon. [⊦]⊦; Σύρος dr. 240, epon. ⊦⊦ΙΙ[Ι]; Κάρ dr. 105, epon. [⊦]ΙΙΙ; Ἰλλυριός dr. Η[𐅄]Δ⊦, epon. ⊦⊦; Θρᾷττα dr. 220, epon. ⊦⊦ΙΙΙ; Θρᾷξ dr. 115, epon. ⊦ΙΙΙ; Σκύθης dr. 144, epon. ⊦ΙΙΙ; Ἰλλυριός dr. 121, epon. ⊦ΙΙΙ; Κόλχος dr. 153, epon. ⊦⊦; Κάρ παῖς dr. 174, epon. ⊦⊦; Καρικὸν παιδίον dr. 72, epon. ⊦; Σύρος dr. 301, epon. ⊦⊦⊦Ι; Μελιττ[ηνὸς -] dr. Η[𐅄]⊦, epon. [⊦]⊦; [Λ]υδή dr. [Η]𐅄ΔΔ -, epon. [⊦]⊦.

Ceterum de Axiocho, Adimanto, Euphileto, Oeonia, Panaetio, Polystrato, Cephisodoro aut propter Hermas mutilatos aut mysteria profanata condemnatis bonisque eorum publicatis videatur Andocides in or. de mysteriis.

278 Vs. 1. 2 bis οἴ[νου ἀμφορῆς -], vs. 3 ὄξου[ς - - -, vs. 4. 5 bis ἐλαίου σ - - -, vs. 6 [φ]ακῶν - -, vs. 7 [π]υρῶν φ[ορμοί -], vs. 8 [π]υρῶν φορ[μοί -], vs. 9 [π]υρῶν φ[ορμοί -], vs. 10 [π]υρῶ[ν φορμοί -], vs. 11 [πυ]ρῶ[ν φορμοί -].

279 Vs. 3 [γ]είτων sive [γ]είτονε[ς, vs. 4 -- ρου τοῦ Φιλω[νο]ς δη-μ[οσι --, vs. 5 -- σης τῷ γυ[μν]ασίῳ --, vs. 6 πλέθρα ΔΔ. Ι καὶ οἰκία, vs. 7 -- Ἑρμα]γόρου πρὸς ἕω, vs. 8 -- τὸ] βουλευτήριον Μερμο --, vs. 9 -- Ἑρμ]αγόρα[ς] Ἑρμαγόρου --, vs. 10 -- βαλαν[ει - δημ]οσι --.

280 Scripturam a latere sinistro in dextrum continuari, manifestum est. Vs. 2 -- ς δύο, vs. 3 [πε]ντάκις vel [πε]ντακις[χιλι -, vs. 5 -- εἰ-κοσι πτελέινα Δ, vs. 6 -- τα κυπαρίττινα, vs. 7 Φλόξις καὶ Φίλων, vs. 6 ξύλα πτελέιν[α -].

281 Viae, ὁδοῦ, mentio, quae saepius occurrit, ad terminationem videtur pertinere talem, qualem in frg. 279 licet observare; unde de argumento tituli coniectura subnata est, quam tamen noluerim pro certa venditare.

282 Fragmentum marmoris Pentelici, erutum in arce, a. 0,22, l. 0,25, cr. 0,09. In sinistra parte lapidis vs. 1—7 vacant 0,04, infra post versum extremum 0,025. Edd. Pittakis l'anc. Athènes p. 341. Eph. 232. 2359, Rangabé 68. Exscripsit Koehler. Usus sum praeterea ectypo chartaceo, quod Schoenius Athenis confecerat. Litterae minutae sunt, non ex ordine dispositae, versibus inaequaliter excurrentibus.

ΙΟΝΑ ΗΟΝΕΙ.Λ.Ϻν.«ΑΙΠ.
ΤΑΤΕΤΟΡΝΕ..ΞΝΟΝΙΤΑΡΗΑΙΣΙΑΤΑΕΓ
ΚΗΙΜΑΚΙΔΑΣΙΑ....ΝΤΑΑΝΑΧΣΕΣΑ
vacat
Ν.ΗΗΕΣΑΙΚΑΙΟΜΑΗ.ΑΙΠΡΟΣΤΟΝΚΑΝΟΝ
.ΟΝΗΘΙΝΟΝ:ΓΟΝΑ..ΡΑΛΑΗΟΝΕΠΙΛΟΜΦΟ
ΣΑΙΠΑΡΑΗΑΒΟΝΤΑΤΕΤΟΡΝΕΥΜΕΝΟΝΕΠΙΤ
ΙΜΑΚΙΔΑΣ:ΤΟΧΣΥΗΟΝΤΟΠΟΛΑΥΗΟΝ
ΡΑΝΑΙΚΑΙΠΡΟΣΚΟΗΗΕΣΑΙ:ΤΟΚ
ΜΑΤΟΗΥΠΟΛΑΣΤΕΡΑΕΠΙΤΟΕ
ΤΟΝΟΝΥΧΑΑΡΜΟΣΑΝΤΑΚΟΗ
ΑΙΚΑΙΗΕΙΑΝΑΙΤΑΗΟΙΠΑ
ΣΕΗΙΔΑΚΑΙΤΑΣΚΗΙΜΑΚ
ΤΑΕΚΠΟΙΕΣΑΙΚΑΙΤΑΗ
ΚΑΙΧΣΥΝΤΕΗΕΣΑΙ

Var. lect. Vs. 11 et 14 in fine spatiolum habent vacuum. || Vs. 8 litterae initialis certa indicia in ectypo non adgnovi.

Sic haec videntur legenda et supplenda esse: τὸν ἀ[στράγα]λον ἐπι-γ[ο]μφ[ῶ]σαι πα[ραλαβόν]|τα τετορνε[υμ]ένον. τὰ πλαίσια τὰ ἐπ[ὶ τὰς] | κλιμακίδας ἰδ[ρύσα]ντα (?) ἀναξέσα[ι καὶ] | κ[ο]λλῆσαι καὶ ὁμαλ[ῦν]αι πρὸς τὸν κανόν[α | τ]ὸν λίθινον. τὸν ἀ[στ]ράγαλον ἐπιγομφῶ]σαι παραλαβόντα τετορνευμένον ἐπὶ τ[ὰς | κ]λιμακίδας. τὸ ξύλον τὸ γογγύλον --|-- ρᾶναι καὶ προσκολλῆσαι. τὸ χ -|-- μα τὸ ὑπὸ γαστέρα ἐπὶ τὸ ε -|-- ἐπὶ] τὸν ὄνυχα ἁρμόσαντα κολλ[ῆσαι καὶ ---]αι καὶ λειᾶναι τὰ λοιπά. | --- τὴν] σελίδα καὶ τὰς κλιμακ[ίδας | ----]ατα ἐκποιῆσαι καὶ τὰ λ -|--- καὶ ξυντελέσαι.

Vs. 10 ἐπὶ τὸν ὄνυχα ἁρμόσαντα eodem sensu dictum videtur, quo vulgo omisso articulo ἐπί, ἐς ὄνυχα. Ceterum patet haec ad opus aliquod publicum pertinere, sed ita, ut non recenseatur quid factum infectumve sit vel quae in opus faciendum accepta et expensa sint, verum definiatur adcurate, quid certus quidam homo in opere faciendo necdum facto praestare debeat; cui definitioni me iudice locus non potuit esse nisi in elocationis instrumento. Iam quum operum publicorum elocandorum munus demandatum fuerit poletis, qui ex auctoritate senatus harum rerum curam gererent, vix ad alium magistratum videtur hic titulus revocari posse, quam quibus tribuimus, poletis.

CLASSIS QVINTA.

TABVLAE CVRATORVM DELI INSVLAE.

283 Fragmentum marmoris a. 1′ 6″, l. 1′ 3″, a tribus lateribus mutilum, a sinistro ex parte integrum, erutum ad rudera veteris 'prytanei' prope balneum Turcicum in fodiendis fundamentis aedium, quas G. Peylas exstruebat. Edidit Rossius in Iahnii ann. phil. et paed. suppl. 1833. 2, 436, ipsius Rossii usus apographo Boeckh in Commentt. acad. Berol. 1834. p. 23; cf. p. 42. Lapidem, qui in Peylae aedibus adhuc servatur, ipse non vidit Koehler, sed ectyporum duorum ope, quae Eustratiadis beneficio acceperat, exscriptum titulum transmisit. Quo exemplo conlato adparuit post Rossii tempora iacturam fecisse lapidem laesis marginibus, quum haud paucae iam litterae desiderentur, quas legerat Rossius; quas litteras in exemplo infra adposito uncis includendas et ab reliquis distinguendas curavimus. Numeri reliquis litteris paullo grandiores.

(*Textum vide pag. seq.*)

Var. lect. Vs. 3 ΞΑΝΘΗΣ Ross || vs. 5 ΔΗΜΩ cett. idem || vs. 9 in. ΞΥ idem || vs. 13 in. Σ om. idem || vs. 17 in. ΕΙΠΟΣΙ cett. idem || vs. 19 extr. ΜΙΣΘΩΣΕΩΣ idem || vs. 24 extr. ΤΗΝΑΘ idem.

Acta his contineri annorum Ol. 86, 3 et 4, exemplum autem quod tenemus multis annis post incertum quas ob caussas inter Ol. 94, 2 et 102 lapidi incisum esse e litteraturae indiciis demonstravit Boeckhius.

Vs. 1—6 nomina habent propria, vs. 2 Διόφ[αντος vel Διοφ[άνης, vs. 3 [Ν]ικάνθης vel [Κλ]εάνθης, vs. 4 Βουλακλῆς(?), vs. 5 Δημοθάλης, vs. 6 Ἀναξίδημος. Possunt ea nomina videri esse magistratuum Atticorum, a quibus hae rationes redditae sunt, quibusque curam templi Delii commissam fuisse adparet. Eis utrum iam tunc temporis Amphictyonum nomen fuerit, quo postea ornari consueverunt, an curatorum (ἐπιμελητῶν) vel praefectorum (ἐπιστατῶν), in medio relinquendum est.

Vs. 7—9. --- παρ]ὰ Δηλίων ὀφειλόντ[ων --|--]εγένετο καὶ αἱ παρα[- -|- κεφάλαιον ἀργυρίου] σύμπαν ΡΡΗΗΗΗΔ --.

Vs. 10—15. -- σιον τὸ βαλανεῖον ὅμοιον τ[ό? --|-- ᾠκοδ]όμησαν, τὴν Ῥήνειαν ὅμοιον ἀν --|--] ἐδάνεισαν ΡΤΤΤΤΔΔ ἐπιδε[κάτοις τόκοις πέντε ἔτη, ὥστε ἀπο]διδόναι τού]ς δανεισαμένους ΔΤΤΤΧΧΧΔ[ΔΔ, τό τε ἀρχαῖον καὶ τοὺς τόκους ὧν | ἐδα]νείσαντο. χρόνος ἄρχει Μεταγειτνιὼν μὲν Ἀθή-ν[ησιν ἄρχοντος Κράτητος, | ἐν] Δήλῳ δὲ Βουφονιὼν μὲν ἄρχοντος Εὐπτέρους.

Sic recte haec in universum, probabiliter etiam quoad singula restituit Boeckhius, de reliquis quoque redintegrandis praeclare meritus.

Α
ΔΙΟΦ
ΞΑΝΘΗΣ
ΒΟΛΑΚΛΗΣ
ΔΗΜΟΘΑΛΗΣ
ΑΝΑΞΙΔΗΜΟΣ
[\]ΔΗΛΙΩΝΟΦΕΛΟ[ΝΤ]
[ΕΓ]ΕΝΕΤΟΚΑΙΑΙΓΑ[ΡΑ]
ΣΥΜΓΑΝΡ Ρ Η Η Η [Η Δ]
[Σ]ΙΟΝΤΟΒΑΛΑΝΕΙΟΝΩΡΙΣΑ[ΝΤ]
ΟΜΗΣΑΝΤΗΝΡΗΝΕΙΑΝΩΡΙΣΑΝ[ΑΝ]
ΕΔΑΝΕΙΣΑΝ Ρ Τ Τ Τ Τ Δ ΔΙΕΓ[ΙΔΕ]
ΣΔΑΝΕΙΣΑΜΕΝΟΣΔ Τ Τ Τ Χ Χ Χ[Δ]
[ΝΕΙΣ]ΑΝΤΟΧΡΟΝΟΣΑΡΧΕΙΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝΜΗΝΑ[ΘΗΝ]
[ΔΗ]ΛΑΩΙΔΕΒΟΥΦΟΝΙΩΝΜΗΝΑΡΧΟΝΤΟΣΕΥΓΤΕΡ[ΟΣ]
ΕΡΑΝΕΜΙΣΘΩΣΑΝΚΑΙΤΟΣΚΗΓΟΣΚΑΙΤΑΣΟΙΚΙΑΣ[ΚΑΙ]
\ΙΓΟΣΙΔΗΙΩΝΜΗΝΑΘΗΝΗΣΙΑΡΧΟΝΤΟΣΚΡΑΤΗΤ[ΟΣΕ]
[Ν]ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΥΓΤΕΡΟΣΩΣΤΕΑΓΟΔΙΔΟΝΑΙΤΗΜΜΙΣ[ΘΩΣ]
[Ι]ΣΘΩΜΕΝΟΣΚΑΤΑΤΑΣΞΥΓΓΡΑΦΑΣΜΙΣΘΩΣΕΟΣΚ[ΕΦ]
[Ρ] Η Η Δ Γ Ͱ ΙΤΩΝΔΕΑΛΛΩΝΕΤΩΝΙ Ρ Η Η Η
[ΑΙ]ΤΗΝΙΕΡΑΝΕΜΙΣΘΩΣΑΝΔΕΚΑΕΤΗΧΡΟΝΟΣ
[ΜΗ]ΝΑΡΧΟΝΤΟΣΑΨΕΥΔΟΣΕΝΔΗΛΩΙΙΕΡΟΣ
[ΡΟ]ΩΣΤΕΑΓΟΔΙΔΟΝΑΙΤΟΜΜΕΜΙΣΘΩΜ[Ε]
[ΩΣΙ]ΝΙΤΧΗΔΙΤΗΝΘΑΛΑΤΤΑΝΤΗΝΓΣ
[ΤΗΝ]ΕΝΡΗΝΕΙΑΙΕΜΙΣΘΩΣΑΝΔΕΚΑ

Unum displicet quod vs. 11 supplendo effecit ἠγορα]έμησαν, quod quid sibi vellet ne ipse quidem intellegere potuit.

